¶ Unio. vel vnitiua aſſiĺatio. de qua. Qui adheret deo vnus ſpiritus eſt cum eo. Cum enim virtus huius cibi ⁊ conditio ſit manducantem cõuertere in ſe homo quadam aſſimilatione ⁊ participatione tot⁹ efficitur diuin⁹. Iuxta illud Joannis primo. Dedit eis poteſtatem filios dei fieri. Et q̄niam ſimiliũ facilis eſt coniũctio. ideo huic annectitᷣ incoꝛpoꝛatio et vnio que eſt nexus amoꝛis quo amans trãſit i amatum. et homo fit quodãmodo deus: ci⁹ vita viuens. Qua vita quiſq̄s viuit magna profecto in terris noſtris dei imago erit Potens: alacer: foꝛtis: prompt⁹ expeditus: letus: ad omne opus bonum ſapiens: intelligens: prudēs. circũſpect⁹: proũd⁹. aſtut⁹: i omni veritate ſalutari. Amãs. confidens. ſecurus. ſperans. expectans. exultans. deſpiciens. cõtemnens. paruipendens. multifaciens. ſtabilis. ſeren⁹ ſibi cõſtans nihil extra querēs: intra ſibi ſufficiens. An hic homo tibi nõ paruus quidã deus videtur: ⁊ beatam etiam in terris vitã agere. Et hec omnia diuin⁹ operatur amoꝛ: ⁊ iſta eucharistia grandis. Sed vt mũda animalia ſimus ſupereſt adhuc vnus gradus

## Gradus nonus.

R
Rugirũacio. De qua illud Ozee vt ſupra. Ruminabunt ſuꝑ tritico ⁊ vino. Et eſt qua nõ ſolum vno tēpoꝛe prari predicta cibũ hunc vite manducemus: ſed qua cõtinue ſuauitatem eius eructuemus

| | | |
|---|---|---|
| | cõſideratione | |
| In | grãꝝ actione | tãti ſacri tota die ꝑſtem⁹ |
| | obſeruatione | |

¶ His modis qui cibum hunc mãducauerit vita viuet ⁊ moꝛtem nõ guſtabit ineternũ
¶ Cõpendioſioꝛ practica tanti ſacramenti.
¶ Capitulum quartum

S
ſ SEd quoniã foꝛſan aliquibus practica data prolixa ⁊ difficilis exercitatu videbitur. Ideo opoꝛtet faciliores deducere in mediũ Bernardus mãducationem hãc deſcribens ait Coꝛpus chriſti ſpiritualiter mãducare eſt paſſionis ⁊ redemptionis eius beneficia attentius recolere ad ſumendum ſuauiter in cõſcientia: ⁊ recolendum fideliter in memoꝛia. Immo dominus ipſe quē ante dixiſſemus qui hunc panē dedit ipſe facilem practicã docet ſicut magiſter verba vite habens tradens eam a primis elementis dicens. Hoc facite in meã cõmcõrationem. Ecce q̄ȝ latam. facilem. planam. ſalutis viam fidelibus ſuis cõſtrauerit deus. ita vt quiſquis volet pre foꝛibus ac domi naſcentē poſſet habere ſalutem. Quid enim tam ad manũ ſicut cõmemoꝛare chriſtum?
Is autem efficacius mãducet qui magis amat. Qd itidem et Ancelmus i libro ſuo de coꝛpoꝛe chriſti pulchꝛe declarat dicens Per hunc cibuȝ potius vita anime q̄ȝ coꝛpoꝛis queritur Uita autem anime ē charitas vel deus. Ut igitur ametur ille qui amoꝛ ſuus eſt ipſe: ⁊ qui habetur vbi amatur ad hᷣ enutrire nos debet cibus iſte Quicquid enim redemptoꝛ noſter in carne fecit ad hoc vtiq̄ȝ vt amaretur a nobis fecit. Nõ ꝙ amoꝛe noſtro indigeat qui bonoꝛum noſtrorum nõ eget per omnia ſufficiens ipſe ſibi. Sed q̄s quos bonos facere ſuſceperat: niſi eum amando nõ poterant eſſe boni. Cum ergo de carne ſua tantã ingerit ſe amandi materiam: vtiq̄ȝ magnã ac mirificam animabus noſtris vite aminiſtrat alimoniam Quam tunc auidis faucibus ſumimus cũ dulcitᷣ recolligimus ⁊ in ventrem memoꝛie recondimus quecunq̄ȝ pro nobis fecit vel paſſus eſt chriſtus. Et hoc

eſt cõiuium de carne chriſti ⁊ ſanguine cui qui cõi-
cat habet vitam manentẽ in ſe. Tunc aũt cõicamus
cum de fide ardentes que per dilectionem operatur
reponim⁹ in mẽſa domini qualia inde ſumpſimus.
ſcʒ vt ſicut ille totum ſe pro ſalute noſtra ꝓbuit nul-
la ſua neceſſitate ſic nos totos eius fidei ⁊ charitati
exhibeamus neceſſitate ſalutis noſtre: liquet ergo ꝙ
hunc cibũ ille plus mãducat qui pl⁹ amat. Hec an
ſelmus Unde ergo infertur ꝙ quiſqʒ ſibi illaʒ ma-
ſticationis practicã debet eligere qua ſe nouit ãpli⁹
in amorem dei inflãmari. fit hoc cõmemorando ſolũ
fit hoc cõſiderando fit ſuſpirando: aut ſcala ſupradi
cta. q̄ꝛ̄ cõibus hominibus cõmemoratio ſit magis
apta.

Que ⁊ qualia ſint ruminanda. §. prim⁹

T Ed hijs de practicis viſis qui in ruminãdo pro-
ficere volet nõ ſolum modũ vt ſciat oportet Ue
rũetiã ſcire neceſſe habet que ſint ruminãda ⁊ quan
do hoc oportet

certa puncta habeat — ne — fluctuet
certũ ſibi tp̄s cõſtituat. — intermittat

De tp̄e ſuo more dicimus vt quiſqʒ hoc prout ſi-
bi cõgruerit adaptet tantũ certum ſibi prefigat tem
pus. Poſt celebrationẽ tamen videtur cõuenienti⁹
iſtud exercendũ a ſacerdotibus De materia auteʒ
que ſint ruminanda varij varia ponũt. Quidam cõ-
ſiderant relucẽtia diuina attributa in hoc ſacramen
to: vt dei potẽtiã ſapiaʒ ⁊ amorẽ. Alij corpus traditũ
⁊ ſanguinem effuſum cõplectuntur. Nos autem in
diuitijs huius patriſfamilias menſa tria ꝓponemus
in genere fercula maſticãda ſm dies diſtincta: vt ſic
ſemper habeat anima promptuaria ſua plena eru-
ctans ex hoc in illud. ⁊ ſi cui vnum nõ ſapuerit vl' in
alio oblectetur Alterna eni delectant. Sunt autem
iſta fercula ſingulis diebus ruminãda

Ferculũ ꝓmũ / ſecũdũ / tertiũ ꝯſiſtit ſeptẽ ſacri nõibus / ſeptẽplicib' ꝯſideratõib' / ſeptẽ agni paſce portiõib'.

Cuiuſqʒ ferculi ſunt ſeptem buccelle vel boli vt ſic
cũ filijs Job cõuiuemus ſeptem diebus. Sed iaʒ de
primo ferculo proſequamur

## Incipit titulus octauus
## De primo ferculo. puta de nomini-
## bus ſacramenti.

d Omine nomen tuum ⁊ memori
ale tuuʒ in deſiderio anime Eſa.
xxvi. Primum igitur ferculum A
inſtruitur ex nominibus hui⁹ ſa
cramenti. Nam tanta eſt altitu
do ſacramenti huius ꝙ vno no-
mine digne nõ poterat explica-
ri ⁊ dilectis ⁊ charis plura nomia dare ſolem⁹ Quã-
q̄ꝛ aũt multa ſint valde ſufficiat tñ vel ſeptem hic aſ-
ſignare Albertũ magnum in ſuo de corpore chriſti i-
ſequẽdo. ex cuius dictis maxima pars hui⁹ eſt exco-
piata Debemus ergo poſt cõionem diligenter quid
ſuſceperimus conſiderare: ⁊ nomina iſta deuote ma
ſticare. ⁊ ſic ſuauitatẽ horum eructuare ⁊ dicere cuʒ
ſponſa. Oleum effuſum nomẽ tuum. Et cum ſapiẽ
te. Melius eſt nomen bonum q̄ꝛ vngenta precioſa.
Quiſquis autem nomina hec deuote portauerit ĩ cor
de frequẽter ea ruminãdo cõfidat certus ꝙ nomen
eius in libro vite ſcribetur: ⁊ portabit in celis nomen
dei ⁊ agni in frõte ſingulariter inde gaudẽdo. Sũt
autem nomina iſta

**Eucharis ⁊ donũ. cib⁹ ⁊ potuſqʒ finaris**
**Hoſtia tu dictum ſacramẽtũ meꝛrandũ.**

Sed iam de ſingulis his proſequendũ

### Eucharistia Cap. primũ

p Rimo itaqʒ ponitur in genere euchariſtie.
⁊ Euchariſtia quod ſonat bona gratia nõia B
tur ſm Albertum Et hoc potiſſimum ſex de
cauſis.

**Nil. grato. gratis. cauſãs. cellit. retinetqʒ.**

Quia
- Nil aliud eſt niſi gratia
- nõ datur niſi a gratiſſimo
- gratiſſimis eſt aĩcis ꝑparatum.
- cauſat optimã grãm.
- cumulum continet gratiarum.
- omnis gratie eſt cõtentiuum

Primo quia nil aliud eſt niſi gratia ⁊ nil poteſt a-
liud eſſe quod ex nomine patet quod ſonat bona gra
tia. Quia cum in oĩbus ſacramentis gratiam pcipi-
amus. tamẽ in hoc ſacramento totũ eſt gratie quod
videmus: tangim⁹ ⁊ guſtam⁹. Unde dicitur Zach.
iiij. Exequabit gratiam gratie eius. Quia quicquid
in alijs ſacramentis ⁊ virtutibus eſt ſparſũ. totum
hic in vna iſta gratia inuenitur recollectum Unde ⁊
apte per menſurã gomor que vnicuiqʒ ſufficiebat eſt
ſignificatum. et per vrnam auream prefiguratum.
Immo nec poteſt eẽ niſi gratia: eo ꝙ nec merito nec
prece nec precio cõparari poteſt. Quis eni dignis me
ritis aut digna prece vel precio hoc cõparare poteſt:
quod in ſua ſolius dulcedine parauit pauperibus ſa

is deus. Hinc Pſ. Paraſti in dulcedine tua pau-
peri deus. Et Sapien. xvj. Paratũ panẽ preſtitiſti
illis ſine labore. Itẽ ſi grã dicit̃ q̃ gratis habet̃: non
poteſt hoc ſacramentuʒ eſſe niſi gratia in quo ſeipm̃
dat deus. Si aũt grã dicitur qꝛ gratis accipit̃: iterũ
nõ poteſt eſſe niſi grã: qꝛ nihil ita gratis accipitur ſi-
cut qñ ſeipſum dat deus. Prouer. xvij. Sup auruʒ
ꝛ argentũ grã bona. Hebrũ ſecũdum

C S Ecũda cauſa eſt. Grato. qꝛ nõ dat̃ niſi a gra-
tiſſimo. Licet eni oĩe qd̃ nobis dat̃ ex bona
dei volũtate nobis det̃: tñ excellent̃ ad nos g̃
tiſſimã habuit volũtatem qñ hoc ſacramẽtũ nobis
p̃parauit. Ad hoc eni inclinauit cũ torrens ſue boni
tatis: ꝛ illa ſex q̃ oẽ cor faciũt exuberare grã ad ſubie
ctos. vt dicit Albert9. ꝛ ſunt hec

**Placat. dulce. bonumqʒ. benignus. & eſt pie charus**

¶ Primũ dr̃ Placabilitas. ꝛ eſt q̃ qs facile veniam
donat agnita culpa. ꝛ nõ auerſat̃ a bñficijs ꝑ̃t com
miſſa aliq̃ cõtraria. Oñdit autẽ dñs ieſus placabili-
tatẽ i hoc ꝙ nõ niſi gratioſa ꝓ nobis cogitauit. ꝛ hãc
euchariſtiã ꝓ veteribꝫ delictis quibꝫ ꝓuocatus erpi
andis p̃pauit. De hac Iohel. ij. Benign9 ac miſeri-
cors ꝛ preſtabilis ſup malicia. Secũdũ dr̃ Dulcedo
ꝛ eſt q̃ ois amaritudo ꝛ meõria iniurie ꝛ offenſe p̃te
rite de medio tollit̃. De hac dulcedine ſe ſpõſa in cã-
ticis iactauit dicens. Comedi fauũ humanitatis cũ
melle diuinitatis. Bibi vinũ p̃cioſiſſimũ ſanguinis
chriſti. O dulcedinẽ. O ſaporẽ. Tertiũ dr̃ Bonitas
ꝛ eſt ſuꝑpius ad aiam cõicatio vel diffuſio. vel q̃ eſſe
ꝑprĩũ ſjs cõicat qbꝫ bon9 eſt. In hac autẽ euchariſtia
cõicat nobis ſuã deitatẽ ꝛ ſeipm̃ totũ in nos infudit
ſpũaliter. corꝑaliter. ꝑticipatiue. ¶ Quartũ dicitur
Benignitas. q̃ eſt ſup actu ingratos ꝛ rebelles. ꝛ eſt
boni igniti ꝛ liquefacti cordis in oĩ bonitate effluxio
In hac aũt euchariſtia ignitũ ſuũ bonũ vt torrẽs vo
luptatis nobis infundit̃. pſ. Benigne fac dñe i bõa
vo. t. ſy. ꝛc̃. Nõ eñ edificabimur in muris hieruſaleʒ
niſi lapidis angularis ſim9 ꝑtes ꝛ mẽbra cui incor-
poramur ꝑ amminirabile ſacr̃m euchariſtie. Hec be
nignitas figuratur in raazia q̃ viſcera diffudit ſup
ꝑplm̃. ij. Macha. xiij. ¶ Quintũ dr̃ Pietas. ꝛ eſt af-
fectus ꝯſanguinitatis. vel eſt in ſibi ſiſſia ſꝑ liquefa-
ctus affect9 ꝛ vnio. Pietas tanta hic relucet q̃r̃9 eſt
affectus cõſanguinitatis. ꝛ qꝛ ois patern9 ꝛ mr̃nus
affectus ex ipo ſcaturit. magis pius hic eſt erga ſu-
os. q̃ʒ ſi oim matrũ affectus erga ſuos filios i vnam
mr̃em ꝯflarentur. De hac apl's ait. Magnũ ẽ pie-
tatis ſacramentũ quod. ¶ Sextũ dr̃ Charitas. ꝛ ẽ
motus animi nõ ꝑpter ſe. ſed ꝑpter alteꝝ. q̃ oim p̃-
cedentiũ diuior eſt. qꝛ charitas nõ amat rẽ amatam
ꝑpter ſe. ſed ſe ꝑpter rẽ amatã. In hoc charitas xp̃i
claret ꝙ ita totũ ſe ad nos effudit. ꝛ expẽdit ꝙ nihil

ſui a nobis ꝯtinuit. deitatẽ ſpm̃. aiam ſãguinẽ ꝛ cor
pus nobis exhibẽs ad fruendũ. O quis hoc ſecũ vol-
uens nõ totus amore liqueſcet. qs nõ charitate flã-
meſcet? Et hec de ſecũdo principali. Hebꝛ. iij.

T Ertia principalis cã quare nõiat̃ euchariſtia
eſt Gratis hoc eſt qꝛ gratiſſimis ẽ amicis pre- D
paratũ. Qd̃ aũt gratiſſimis p̃patur optime
grẽ nomẽ accepit. qꝛ gratiſſimis optia cupim9 ꝛ op-
tamus. Cuius q̃ttuor iuxta Albertũ ſunt cauſe

**Interni. digni. ꝑabundãt. nã ſiles ſunt**

¶ Pria cauſa eſt qꝛ chariſſimi ſunt intimi. ꝛ iõ inti
ma ad deũ gaudẽt dilectionis cõiunctione. Et hoc ꝑ
optimã grãm ꝑficit̃. Hic Canti. ij. Comedite ami
ci. Et Geñ. xliij. Introduc viros in domũ cõeſturi ſẽ
mecũ hodie. Hinc verſus ille. Rex ſedet in cena tur
ba cinctus duodena ſcʒ aploꝝ. ¶ Secũda cauſa eſt di
gni. qꝛ chariſſimi maiore cõiunctiõe ſunt digni. Di-
gnitas aũt hec ꝛ electio ꝑ optimã grãʒ fieri hʒ. vt. ſ.
optima grã gratioſiſſimi potiãtur. Hoc ſignatũ eſt
Daniel. iij. vbi rex pueros quibꝫ nulla macula erat
iuſſit introduci. Itẽ in ꝯuiuio aſſueri qd̃ fecit tertio
anno iperij ſui cũctis principibꝫ ꝛ inclitis ſuis. Ter-
tia cauſa eſt ꝑabũdant. qꝛ chariſſimi nõ pñt eſſe in ſu
perabũdantia gratiſſimi niſi ꝑ optiam grãm. De q̃
apl's. Optim eſt grã ſtabilire cor. De hac Eſai. pul-
chre ait. Faciet dñs exercituũ oibꝫ ꝑplis in mõte hoc
cõuiuiũ pinguiũ medullatoꝝ ꝛ vindemie defecate
Quarta cã eſt Siles ſunt. qꝛ chariſſimi fonti grãrũ
ſunt ſimilimi. qꝛ xp̃o ꝯcorꝑales ꝛ incorꝑati ſũt effici.
Que incorꝑatio fit ꝑ hoc ſacr̃m. Hic dñs ait. Ego di
ſpono vob ſic diſpoſuit mihi pr̃ r̃gnũ vt edatis ꝛ bibatis
ſuꝑ mẽſã meã in regno meo. i. grẽ. Quia igit̃ hec eu-
chariſtia p̃paratur ꝛ datur

Tã intimis / dignis in / excellẽtibꝫ / ſimillimis — charitate / merito / grã / fonti gratiaꝝ. Iuſte euchariſtia dr̃

O ſtudeam9 eſſe tales qbꝫ tal' grã p̃paret̃. Hẽ. iiij

Q Uarta principalis cã q̃re euchariſtia nõiat̃ E
eſt hec Cauſans qꝛ non niſi bonã grãʒ opa
tur Et ois ſuus effectus optie grẽ eſt effect9
qd̃ ꝑʒ ex quattuor

**Inueniens. ꝓpriũ. ſit acceptũ. niſi gratuʒ**

¶ Primo pʒ h̃. qꝛ hoc ſacr̃m ẽ ſpũalis grẽ coraʒ deo
inuentiuum. pʒ qꝛ hoc ẽ corpus meũ qd̃ ꝓ vob tra
det̃. vt ſcʒ vos corã deo grãm inueniatis. Hic Pro
uer. xiij. Multi cibi in noualibꝫ patꝝ. Exclamemus
itaqʒ cũ ruth ꝛ dicam9. Vñ mihi h̃ vt inueniã grati-
am añ oculos tuos. Secũdo ꝓpriũ. i. qꝛ h̃ ſacr̃m hʒ
ꝓpriũ grẽ effectũ: q̃ ẽ ſtabilire ꝛ cõfortare i bono. pa-
nis ãt cor hois cõfortat. Vñ Act. Cũ accepiſſet panẽ
ꝯfortat9 ẽ. Tertio qꝛ acceptũ ẽ ſpẽaliter deo. pſ. Ac
ceptab ſacrificiũ iuſticie. Sine hac eni grã nil acce-

ptū. Hinc Malach. i. Nō eſt mihi volūtas in vobiſ
h. Quarto gratū. i. nihil in eo niſi qđ ē gratū. Oia ci
q̄ in ipo ſūt: ſunt corpus: aīa: deitas. qb9 grati9 nihil
eē pt. Nihil igit̄ niſi grē plenitudo inuenit̄ in hoc ſa/
cramēto qđ tāta efficit bona Et iō merito euchari/
ſtia. i. bona grā nōiatur. Mēbrū quintū

F Quinta principalis hui9 nōis cā eſt: qꝛ Ʒellit
Q id ē qꝛ ē grā ſup grām: quaſi cumulū conti/
nēs graꝝ. Nā plurimā grāꝫ h̄ ꝯfert ſacr̄m.

**Iungo. pio. redimo. vitādo. cibo. beo tete.**

¶ Primo cōfert hoc ſacr̄m grām cōionis oim mem
broꝝ et corpe. De q̄ apl's. Panis quē frangim9 nō/
ne cōicatio corpis xpi eſt. Quaſi diceret. Sic eſt. Qꝛ
idē dicit. Sicut in vno corpe multa mēbra hēmus.
rc. ita multi vnū corpus ſum9 in xpo. Hinc. Pš.
Particeps ego ſū oim timentiū te Secūdo ꝯfert
gratiā expiatiōis ex ſanguine. ad Hebre. Sanguis
xpi mūdauit cōſciam vrāꝫ Quē hic ſanguis nō expi/
auerit nūqꝫ mūdat̄. pš. Aſperges me yſopo rc Hic
Apoca. vi. De oib9 ſctis. Lauerūt ſtolas ſuas ꝛ dal
bauerūt eas in ſanguie agni. Hic Exodi. xix. San/
guis eſt expiatiōis. Itē ad Hebreos. Sine ſangui/
nis effuſione nō fit mūdatio Tertio ꝯfert grām re/
demptiōis ex aīa q̄ pro nobis offertur in hoc ſacra/
mento. Hoc eni vt dicit Ambroſius ē āmirabile p/
cium cui9 pōdere redēpta ē tota captiuitas mundi.
tartarea ꝯfracta ſunt clauſtra inferni. apta eſt nobiſ
ianua regni: ꝛ nos oēs ſum9 liberati. Quia precium
aīe xpi: plus ponderis intulit thezauris pris q̄ꝫ totū
abſtulit gen9 humanū. vn̄ Apl's. Empti eſtis precio
magno qꝛ aīa xpi. ¶ Quarto ꝯfert grām viuificati/
onis ex ſpū Ioh. vi. Qui mādūcat me ꝛ ipē viuet p/
pter me. Ibidē. Spūs eſt q̄ viuificat. Hic Sapiēs
ait Cibauit eos pane vite Itē Eccl'i. xiiij. Sapia vi/
tā filijs iſpirauit Quinto hꝫ ꝛ hoc ſacr̄m grām refe/
ctiōis ex diuinitate. hec eñi eſt q̄ reficit ꝛ ꝯfert hoi in
crementū. i. Coꝝ. iij. Neqꝫ q̄ plātat eſt aliqđ neqꝫ q̄
rigat: ſꝫ q̄ incrementū dat de9. De hac paſtura dicit̄
Gen̄. l. Nolite timere: ego paſcā vos ꝛ liberos vrōs
et Eſa. lviij. Suſtollā te ſup altitudinē terre ꝛ ciba
bo te hereditate iacob pris tui. Altitudo terre eſt ex/
cellētia corpis chriſti ¶ Poſtremo cōfert ꝛ grām et
ne britudinis ex toto ſigno ſacri. ſicut dicit diui9 Di
oniſius Et Grego. in Coll'. quadā Preſta vt quod
nūc ſpē gerimus reꝝ veritate capiam9 Sicut enim
chriſt9 in ſpecie ſacri nūc ſacramētal'r nobis influit
ad grām: ita ſm deitatē influit ſe nobis ꝛ oib9 beatiſ
ad gliam. Et hoc eſt qđ dꝛ Ioh. xvij. Ego claritatē
quā dediſti mihi dedi eis vt ſint vnū ſicut ꝛ nos vnū
ſumus ¶ Mēbrum ſextum

G S Exta precipua ꝛ vltima cā quare h̄ ſacr̄m eu
chariſtia appellat̄ eſt. Quia retinet: hoc ē qa
omnis grē eſt cōtentiuū. Cōtinet eni eū qui
eſt vas oim grāꝝ pleniſſimū. q̄re et nōiatur ſacr̄m
ſacroꝝ. Nā eni oia ſacra ſignāt ꝛ cōtinēt diuiſim et
particulariter. iſtud ſil' ꝯplectit̄ cōtinēdo ꝛ vas ꝛ ac/
torē oim grāꝝ Hinc Eccl'i. l. dꝛ Quaſi vas auri ſoli/
dū ornatū oi lapide p̄cioſo In ipo eni ſūt oēs theſau
ri ſapie ꝛ ſcie dei recōditi. Qđ eſſe nō poſſet niſi p̄fcē
in ſe ſplēdorē diuinitatiſ ꝯtinerꝫ Splēdor ei ſcōꝝ tot9

In
ipſo ab eterno reſplenduit.
ipſo cōtentus remanſit
agro ſue humanitatis germinauit.
ab ipſo proceſſit.
ipſo exiſtens a ſctis p̄ticulariter excipitur
ipſo eſſe cognoſcit̄ ꝛ āmiratiōe oñdit̄. Vñ

**Reſplēdet. remāet. germē. ex. capt9. vbiqꝫ.**

¶ De primo dꝛ. pš. In ſplēdoribꝫ ſctōꝝ ex vtero ge
nui te. ꝛ h̄ in ſacro ꝯtinetur. De ſecūdo qꝛ ꝯtiet ſplē/
dorē in plenitudie copie. qꝛ nūqꝫ deficiet: dño dicente
Math. xxviij. Ego vobiſcū ſum oib9 dieb9 vſqꝫ ad
cōſummationē ſcl'i. Et qꝫ in ſacro plenitudie efflu/
entie influens in nobis. De tertio ſcꝫ qꝛ totū qđ ē ſci
tatis ꝛ grē in agro ſue hūanitatis nob germinauit.
Patriarcha magn9 ait. Ecce odor filij mei ſic̄ odor
agri pleni cui bñdixit dñs De q̄rto qꝛ totū qđ ē nr̄e
ſalutis ab ipſo proceſſit Ioh. xix. De plenitudie ei9
accepim9 oēs. hinc Heſter. x. dꝛ Valde āmirabilis
es dñe ꝛ facies tua plena graꝝ. De quinto patet qꝛ
a ſctis particulatim hec grā excipitur. Quia vnicui/
qꝫ dat̄ virtutē p̄priā. De ſexto qꝛ plenitudo graꝝ in
ipo eſſe cognoſcit̄ ꝛ oñditur pꝫ. Qꝛ quocūqꝫ inſpicit̄
mirabilis ꝛ plen9 grā inuenitur

In
facie deitatis cōtur grā
facie hūanitatis p̄pagat̄ grā
ntitate ꝯſecrat virginitatem
vita decorat. cōuerſatiōeꝫ rcē euchariſtia
verbo oñdit grē veritatē. (nōiatur
miraculis p̄bat grām potentē
morte grām efficacem

Et ſic oīs facies ei9 plena ē grāꝝ p̄bans qm̄ grā per
¶ De nōie ſacri q̄ dꝛ Donū Ca. ſecūdum. (xpm.

H D Abitur illi fidei donū electū ꝛ ſors in tem/
plo domini acceptiſſima Sapientie. tertio
Secūdo ponitur hoc ſacramentū in gene
re doni ꝛ donū nōiatur In q̄ tria ſunt con
ſideranda

**Cernas nūc dantē. donū. ſit accipientem.**

Debē9 eni ꝯſiderare p̄pertatē
donantis
doni
cui fit donatio

Proprietas aūt donātis in dono iſto triplex eſt.

**Magnific9. dator ē hilariſ. affect9 ꝫ ardēs.**

¶ Prima properas donātis eſt Magnificētia i lar
gitate Magnificus ei eſt q̄ tantū donū dedit. vnde

Exod.xv. Quis ſilis tui in fortib' dñe ꝛc. magnific'
in ſeitate. tñ eñ in hoc dono dedit q̃ñtũ ipe in cor/
pore deitate ꝛ aĩa habuit. Et vt dr Heſter.x. Largi
tus eſt munera iuxta magnificentiã pncipalẽ. Uere
eleuata ẽ magnificẽtia tua dñe ſup celos qñ q̃cquid
grẽ eſt in celo ꝛ glĩe nobis contuliſti ¶ Altera ꝓprie/
tas ẽ bilaritas in donatione. Sꝫ q̃s ſufficiet expme
re iſtã. Si eñ aliqua triſticia cordis in dando retra
ctus fuiſſet nõ totũ in dono ſeipm dediſſet. De hac
Eccl'iaſt.xxxvi. In oĩ dato fac bilarem vultũ tuum:
ꝛ in exultatione ſcĩfica decimas tuas Et Prouerbi.
xvi. In bilaritate vultus regis vita ꝛ clementia ei'
De ꝓprietate nãqꝫ magnifici eſt delectari in magno
donãdo ꝛ cõtriſtari ſi magna donare nõ poterit Qd
figuratum ẽ in phaſe qd celebrauit ezechias Para/
lipo.xix. q̃ magna dedit ¶ Tertia ꝓprietas eſt affe/
ctus donãtis in doni charitate. Sed ad hũc affectũ
exprimendũ nullus ſermo valere pt. Q̃ñtus is fuit
ipe notauit qñ dixit Luce.xxij. Deſiderio deſideraui
h paſca mãducare vobiſcũ. Deſiderio deſiderabat q̃
ex intimo affectu ſe ſuis tam plene cõicauit ꝛ gaudẽs
mortẽ ſuſtiebat O igit' talẽ datorẽ amem' ꝛ colam'.

De ꝓprietatib' doni Mẽbꝝ ſecundum.

J ſ Secũdo principaliter dẽmus cõſiderare ꝓprie
tates ipius doni que q̃ttuor ſunt videlicet
**Nobile. ſufficiẽs. dat & vtile. cõſſiatum**

¶ Prima proprietas doni eſt Nobilitas. qꝛ nobile
pciõſum eſt ꝛ electũ. De q̃ vba ſupra allegata dicũt.
ſcꝫ dabit' illi fidei donũ electũ. Oĩbus eni donis fidei
hoc ſacrm preſtat. vt patet. Eſt ꝛ ſors acceptiſſima.
qꝛ in hoc dono oĩa alia fiunt accepta De hoc dr Pro
uerbi.xxi. Mun' abſcõditum extinguit iras ꝛ donuꝫ
in ſinu indignationẽ maxiam ¶ Secũdo eſt hoc do/
nũ ſufficientiſſimũ ſui copioſitate. qd de ſuis copio/
ſis abũdantijs nobis largitus eſt deus. Unde dicit'.
Chor.ij. Potens eſt aũt deus oẽm grãm abũdan
ter facere in vobis vt in oĩb' oẽm ſufficientiã hñtes:
abundetis in oẽ opus bonũ. In donis eñ grẽ vnuꝫ
ẽ qd ad oĩa ſufficit. Thob.viij. Oĩa in te vno haben
tes nõ te debuim' dimittere a nobis.ij. Chor.iij.
Sufficientia noſtra ex deo ẽ. Q̃uõ eñ cũ filio nõ õ/
nĩa nobis donauit? Eſt ergo ſufficientiſſimũ donuꝫ
vt patet ¶ Tertio eſt etiã donuꝫ vtile. oẽm in ſe hñs
vtilitatẽ. De quo Eccli.xx. Eſt datũ qd non eſt vtile
ſcꝫ mũdi. ꝛ ẽ datũ cuius eſt retributio duplex ſcilicet
xpi ſacramentũ reficiens vite ſpũalis dep̃dite rſtau
rationẽ ꝛ ꝑficiẽs in redẽptionem. Et poſt ſubdit' ibi
Modicũ aũt preciũ (.ſ. corpis chriſti ꝓpt hũilitateꝫ)
multa redemit ꝛ reſtituit in ſeptuplũ. Hec eſt ergo
vtilitas hui' doni Quarto eſt donũ Cõſimilatum
.i. hñs ad donantẽ cõformitatẽ vt in ipo donãs ipm
totus ſit ꝛ totuꝫ habeat'. Math.xxvi. Hoc facite in
meã cõmeõrationẽ. Uñ ꝛ meõriale abeũtis dñi voca
tur. qꝛ in ipo recordatio ꝛ rpreſentatio dñi habetur.
Ps. Adhereat lingua mea faucib' meis ſi non me/
minero tui Hiere.xxv. Recordami procul dñi ꝛ hie
ruſalẽ aſcendat ſup cor veſtrũ. Sũt aũt tria quorũ
facit memorationẽ.

| | | | |
|---|---|---|---|
| | dulciſſĩe charitatis | i q̃ ſe nob i ſacrõ exhibuit | amor |
| .ſ. | amãtiſſĩe paſſiõis | quã p nob ſuſtinuit ecce | pitas |
| | trãſit' ex h mũdo ad prẽꝫ | quo nob aditũ apuit | ſpes |

¶ De primo Eſaie.vlti. Meõriale eius ſicut vinuꝫ
libani qd valde inflãmat. De ſecũdo Treno.iij. Re
cordare paupertat ꝛ mee trãſgreſſiõis abſinthij ꝛ fellis
De tertio Heb.ix. Per ꝓpriũ ſanguinẽ introiuit ſe
mel in ſcã Hinc ad Heb.x. Hñtes itaqꝫ frẽs fidu/
ciã in introitu ſcõꝝ in ſanguie chriſti accedam' .cũ
vero corde in plenitudie fidei. Nũqꝫ eñ obliuiſcẽdũ
ꝙ pro nobis abijt ꝛ ſanguinẽ q̃ introiuit ad h ꝙ ſem
per intrare poſſim' nobis frequẽtandũ in deuotione
reliquit. Hic. ps. Si oblit' fuero tui hierl'm obliui
ſcat' me dextera mea. hec de cõſideratiõe doni.

¶ De ꝓprietatib' doni hui' in accipiẽte Mẽbꝝ.iij
Tertio agendũ eſt de proprietate doni in acci
piente Nã donũ in accipiente tres querit et K
debet hĩe proprietates que ſic patent
**Perficiẽs. qꝫ cõueniẽs hoc. ꝑmaneatqꝫ**

¶ Prima ꝓprietas eſt perficiẽs ꝙ ſit effectuoſa ꝓp
os veri doni ꝑficiens effectus. vt ſcꝫ ſuſcipienti aliq̃d
cõferat. Multi eni dant q̃ effectũ doni nõ hñt. qꝛ ni/
hil cõferunt niſi nocumentũ. Eccli.xx. Datus inſipi
entis nõ erit tibi vtilis. Iſtud aũt eſt datũ cui' retri
butio duplex. qꝛ grãm ꝛ gl'iam cõfert. Habet enim
hoc donũ multiplicẽ effectũ. vnũ aũt ſubſtãtialem.
vt ẽ Reſtauratio depditi ſpũalis vite ¶ Altera ꝓprie
tas eſt mod' cõueniens. h ẽ ꝙ ſit ei cui donat' ꝯueni
ens ꝛ ꝓporcionatũ. Nõ eñ idẽ eſt dandũ militi ꝛ ru/
ſtico. Nõ idẽ puero ꝛ ſeni. Dicit eni phs ꝙ ſpera ꝛ le/
chitus pulcherrima magnificẽtia ſũt puerilis doni.
q̃ tñ ſeni exhibita poti' irriſio q̃ꝫ dona viderẽt'. Hic
dr Math.xxv. Dedit vnicuiqꝫ ſm ꝓpriã virtutẽ. h
eſt ſm proprie virtutis ꝓportionẽ. Hoc ergo donuꝫ
quãte eſt eſtimationis quod vnicuiqꝫ ꝓpriã ꝛ a ſe de
ſideratã fert grãm ac dilectionẽ Sap.xvi. Uolũta/
ti vniuſcuiuſqꝫ eorum deſeruiens ad quod q̃ſqꝫ vole
bat cõuertebat'. Et angeloꝝ eſca nutriuiſti ꝑplm tu
um. hñtem in ſe oẽ delectamẽtũ ꝛ oẽm ſaporẽ ſuaui
tatis Philip.iiij. Habeo oĩa ꝛ abũdo Tertia pro
prietas ẽ permaneatqꝫ ꝙ ſit perſeuerãs cum eo qui
accipit ꝛ in vita ꝛ in morte nec ſit euaneſcens Unde
Eccli.xi. Datio dei ꝑmanet iuſtis ꝛ ꝑfectus illi' ſuc
ceſſus habebunt in eternum. Hec enim eſt vera da/
tio que

| | | | |
|---|---|---|---|
| | tranſitu | | viaticum |
| | vita | | refectiõis cibũ |
| In | iudicio | ꝑmanet i | redẽptionem |
| | patria | | btitudis fruitõeꝫ |

¶ Hoc modo nouit pater celeſtis bona data dare fi lijs ſuis que permanent in gratia aut gloria vel con tenta aut ſignificata Thobias. xij. Bonis omnibus per eum repleti ſumus. Et hec de dono. O tale do/ num ſtudioſe exoremus datum diligenter conſerue mus vt fructum eius guſtemus

## ¶ De tertio nomine ſacramenti quo dici tur cibus ¶ Capitulum tertium

I C Ibauit illum pane vite ⁊ intel/ lectus Eccleſiaſtici. xv. Ponitur quoq; tertio hoc ſacramentū in genere cibi. ⁊ ci bus noīatur. vt ipſe dominus ieſus te/ ſtatur Joannis. vi. dicens. Caro mea vere eſt cibus Et hic cuiuſmodi ſit cibus eſt videndum

ex gn̄e ſapore preparatione operatione virtute
Nobil'. ⁊ ſuauis. lautus. ſanus. q̄z nutrit
ſilitudīe ſubtilitate cōnaturalitate apprehēſione
Cōgruit. ⁊ penetrat. vnibilis. heſibiliſq;.

Unde hec nouem ſunt hic cōſideranda

| | | | |
|---|---|---|---|
| | Nobilitas | | genere |
| | ſuauitas | | ſapore |
| | lautitas | | preparatione |
| | ſanitas | | operatione |
| .ſ. cibi | nutritiuitas | ex | virtute |
| | ad cibatū ꝯgruitas | | ſimilitudine |
| | penetrabilitas | | ſubtilitate |
| | vnibilitas | | cōnaturalitate |
| | heſibilitas | | apprehenſione |

Membrū primū.

d D E primo q̄z nobilis eſſe debet is cibus ex tri/ bus patet ſcilicet
Regius. ⁊ natis. regis. ſuptuſq; colina.

M ¶ De primo quia eſt cibus regius. Unde Geneſis. xlix. Aſer pinguis eſt panis eius ⁊ prebebit delitias regibus Nō enim ignobilis ille cibus qui delitias re gibus prebere valet. Hic eſt cibus qui vrie fideliſſi/ mo militi exhibitus eſt a dauid cum reuerteretur ab exercitu. ſecūdi Regū. xi. vbi dicitur. Egreſſus ē vri/ as de domo regis dauid ſecutuſq; eſt eum cibus re/ gius. Urias aūt interpretatur lux dei mei: vel incen dium meum dominus. Sic etiam in figura Hiere mie. vltimo dicitur ꝙ euilmerodach rex babylōis e/ leuauit ioachim ⁊ comedebat panem coram eo ſem per ⁊ de menſa regali cibaria fecit exhiberi. Sic er/ go eſt cibus regius quia regibus preparatus. Regi/ bus in q̄ illis qui in regno chriſti omni decore virtu tis coronati regium honorem obtinuerunt: Secū do ideo ex eo apparet nobilis quia filijs regis ad re/ gnum vocatis eſt datus ⁊ ordinatus Matthei. xv.

Non eſt bonum ſumere panē filiorum ⁊ mittere ca/ nibus. Hij autem ſunt filij de quibus dicitur Joan nis decimo. Qui nō ex ſanguinibus ⁊c. ſed ex deo na/ ti ſunt Et ergo vocatur panis angelorū qui filij dei vocantur in gloria ſecum regnantes. Pſalmi. Pa/ nem angelorum manducauit homo ſc; ad ſimilitu/ dinem angelorum prouectus. Sapientie. xvi. Ange lorum eſca nutriuiſti populum tuum ⁊c. ⁊ ergo nobi lis valde ¶ Tertio nobilis eſt ⁊ apparet. quia de ipa ſummi regis colina ⁊ promptuarijs eſt ſumptus. Pſalmiſta. Inebriabuntur ab vbertate domus tue In domo enim regis ⁊ talis regis nō eſt aliquid niſi ſplendidum ⁊ regale ⁊ abundans. Eccleſiaſtici. xxxi. Splendidum in panibus benedicent labia iuſtorū Pſalmi. Promptuaria eorū plena.

## De huius cibi ſuauitate Membrum ſecundum

i I Am de ſaporis ſuauitate videndum qui i hoc cibo a ſpiritualiter guſtantibus eū in/ uenitur. Ad cibum enim bonum pertinet ſaporis ſuauitas. Unde nota ꝙ hic cibus habet ſapores ſeptem Eſt enim N

ex corpore ſanguīe ex aīa ex ſpū ex deitate vnione
Pur9. dulcis. aro. ſubtilis. gratia. celi.

¶ Sapor eſt ſequela cōplexionis. Uñ ſicut res pro priā habet ꝯplexionē. ſic etiā habet appriatū ſibi ſa porem. Et nota yſaac in dictis vniuerſalibus. ix. ſa/ pores poni. que ſunt dulcis pinguis. ponticus. ſti pticus. acutus. acetoſus. qui inſipidus vocat̄ Quo/ rum optimi omnes ſunt in corpore ieſu chriſti ita ꝙ de eo dici poteſt ꝙ guſtus puritatis permanſit in eo ⁊ odor qui eſt ſaporis quedam euaporatio nō eſt im mutatus. Omnino enī incorruptum eſt quod in ip ſo eſt. Pſal. Non dabis ſanctum tuū videre corrup tionem Impuritat; aūt odor ab aliquo impuro re/ ſoluitur ⁊ ſapor cōſimiliter. Hec autem omnia ſūt pura vt patet cōſideranti principia hoc corpus per/ ficientia.

| | | |
|---|---|---|
| | matia | puriſſim9 ſāguis vteri ꝟgial'. |
| | ꝟt9 diffuſa | ꝟtus altiſſimi obūbrans |
| q̄ ſūt | ꝟt9 opās q̄ ē | ſpūſſctūs ſupueniens |
| | aſſumēs | filius altiſſimi deus |
| | anima | noua manib9 ēnitat; creata |

¶ Quid ergo impuritatis in hoc corpore guſtari po terit. vnde Sapientie. viij. dicit ipſe. Puer erā in/ genioſus ⁊ ſortitus ſum animā bonam. ⁊ cū eſſem magis bonus veni ad corpus incoinquinatum: vt patet ſupra. Habet puriſſimū ex omni parte ſapo/ rem ¶ Secundo habet ſapore; dulcedinis valde a/ mabilis ex ſāguine. Naturale eſt em̄ ē ꝙ omis ſanguis

ſit dulcis ſapoꝛis quia vltimū eſt nutrimentum nil
nutriens niſi dulce. Vñ opoꝛtet ꝙ oīs ſanguis icoꝛ/
ruptus dulcedinis habeat ſapoꝛē. Quāte igit̄ dulce/
dinis putas ē ſanguis ſacri huius qui tam

| | | | |
|---|---|---|---|
| | fonte emanat | | ſanguis chꝛiſti. |
| Dulci | medio haurit̄ | puta | ſpūſancto |
| | ī tā dl'ce vas trāſfūdit̄ | | chꝛiſti coꝛpus |

¶ Qui ꝯſequēter ex dñico coꝛpe manat in ſacramē/
tum. ⁊ ex ſacramēto in coꝛda fideliū. que oīa nil hñt
amaritudīs admixtū. Canti. Fruct⁹ eius dulcis gut
turi meo. Et Salomō. Comede fili mi mel qꝛ bonū
eſt: ⁊ fauū dulciſſimū ſanguis ſcꝫ chꝛiſti gutturi tuo.
¶ Tertio habet ſapoꝛē aromaticū omni virtute fra
grantem ex aīa: que oīb⁹ virtutib⁹ fuit. eſt. ⁊ erit ꝑ/
fectiſſima. Unde ⁊ ꝑ oꝛtū delitiaꝝ eſt ſignata Cant.
iiij. Surge aquilo ⁊ veni auſter. perfla oꝛtū meum ⁊
fluant aromata illius. Item odoꝛ tuus ſuꝑ oīa aro
mata. Odoꝛ aūt indicium ē ſapoꝛis ⁊ reſpiratio que
dam ex ſapoꝛe facta vt patet ¶ Quarto habet ſapo
rē ſubtilitatis ex ſpiritu humano chꝛiſti qui eſt ī hoc
ſacramento ⁊ paſſiones ad vitā: ⁊ aīales perficiēs o/
perationes ad cognoſcendū. Subtiliū enim ⁊ ſpūa/
lium ſapoꝛes ⁊ odoꝛes valde ſunt ſubtiles ⁊ facile pe
netrantes. Tali eñ ſpūali ⁊ ſpū pleno ſapoꝛe ſe trāſ
fert dominus in oīm animas ⁊ in ſapoꝛē ſuū cōuer/
tit. Unde Hebꝛeo. iiij. Penetrabilioꝛ omni gladio
ancipiti. Et nota ꝙ quāuis ſubtilitas non ſit ſapoꝛ:
tamen diſpoſitio eſt omnis ſapoꝛis ⁊ odoꝛis in nos
ſubtiliter penetrantis. noſqꝫ ad omnem ſui ſpirituſ
infoꝛmantis ſapoꝛem ¶ Quinto habet ſapoꝛē grati
oſum valde ex deitate. In qua (vt dꝛ Joan. i. Uidi/
mus gl'iam eius quaſi vnigeniti a patre ⁊c̄. Hoc ſa/
poꝛe cibus iſte pꝛefertur oībus delectabilibus. nec a/
liquid ē quod cōꝑari poſſet delectationi huius ſacra
menti Pſ. Delectare in dño. Si eni delectatio eſt
(vt aſpaſius dicit) diffuſio nature ſuꝑ marie cōueni/
ens. ineſtimabilem cōuenit eſſe delectationeꝫ ſuper
guſtum deitatis omni gratia ⁊ omni bono refertuꝫ
Pſ. Delectatiōes in dextera tua vſqꝫ in finem. Et
Eſa. lvi. Comedite bonū ⁊ delectabitur in craſſitu/
dine aīa veſtra. Is ſapoꝛ delectabilis omniū ſatiſfa/
cit deſiderio ſanctoꝛum. vt dicitur Pꝛouerbio. xiij.
Deſideriū ſi cōpleatur delectat aīam ¶ Sexto habꝫ
ſapoꝛem inuſitatū in terris ex vnione omniū huma/
noꝝ cum deitate q̄ eſt ſapoꝛ celeſtiū gaudioꝛum q̄ ō/
nia q̄ ſunt in chꝛiſto guſtātib⁹ hoc ſacramētum infū
dunt̄. Et hic eſt ſapoꝛ vite eterne. de quo Pꝛouerbi.
vi. Guſtauit ⁊ vidit qm̄ bona eſt negociatio ei⁹. ō h
Quaſi libanus nō inciſus vapoꝛaui hitationē meaꝫ
ſperans. ſ. omnia bona ſignās deitatis vnionē cum
humanitate: in qua celeſtia terrenis ſociata ſunt. et
D omnia que in celis ⁊ in terris ſunt ſapiunt ⁊ ſpirant
¶ De huius cibi lautitate Mēbꝝ. iij.
d De cibi lautitate nūc notandū quē eſt ex
ꝑparatione ꝙ lautiſſimus eſt hui⁹ ꝑparationis mo
dus. et hoc ex quattuoꝛ.

| ꝑparās | cibū cōtēpans | delectans | ſeruiens |
|---|---|---|---|
| En virtus. | ſapiens. | cōdimentūqꝫ | miſter |

¶ Pꝛimo eſt huius cibi pꝛeparationis modus lau/
tiſſimus ex virtutis efficacia: que attribuitur poten
tie patris. De qua Heſter. xiij. Domine deus in di/
tione tua cuncta ſunt poſita. Subeſt eni tibi cū vo/
lueris poſſe. ait ſapiens. Maxima eni virtutis po/
tentia in hoc articulo fidei relucet. ¶ Secūdo patet
lautitas ex altitudine ſapientie hunc cibū contempe
rantis. quod attribuitur ſapientie filij. Rhomano.
xi. O altitudo diuitiarum ſapientie ⁊c̄. Quis eñ di/
gne inueſtigare valeat qualiter ex antiquo coꝛp⁹ in/
coꝛruptum ſic innouatur. qualiter noua anima viui
ficatur. qualiter vtrūqꝫ hoꝛum deitati ſociatur. qua
liter in carne infirmitates carnis poꝛtauerit. qualit̄
moꝛtuus reſurrexerit. qualiter in coꝛpus ⁊ ſanguieꝫ
pꝛincipalia eſculenti ⁊ poculenti hūani mutauerit. ⁊
ſic ſe hominū in cibū ſe pꝛebuerit. Hec eni vie etiam
ſapienti ſunt occulte vt dꝛ Pꝛouer. xxx Tertio lau
titatis cibi pꝛobatur ex condimento delectationis.
quod attribuitur ſpirituiſancto. Ipſe enim patris
⁊ filij eſt condimētum. Sapientie. xij. O qꝫ bonus ⁊
ſuauis eſt domine ſpūs tuus Omne eñ cōdimētuꝫ
⁊ delectatio in eo eſt. Canti. viij. Dabo tibi poculuꝫ
ex vino cōdito ¶ Poſtremo patet lautitas ex abun
dantia amminiſtrationis. que attribuitur maie/
ſtati totius trinitatis que dat impenſas. Hinc. ꝑ.
Parap. vltimo. Ego totis viribus meis pꝛeparaui
impenſas domus domini mei. id eſt ſacramēti hui⁹
Cuius domus impenſe ſunt natura diuina ⁊ huma
na in anima. coꝛpe. ſanguine ⁊ ſpiritu: ⁊ omnib⁹ bo
nis quibus plena eſt natura diuina: ⁊ que nō ad mē/
ſuram data ſunt homini chꝛiſto. Quas impenſas ne
mo parare poterat: niſi magnus ille rex ⁊ maieſtas
totius trinitatis. Huius magnificentie typus fuit
cōuiuium aſſueri ⁊ darij. ⁊ illius euangelici hominiſ
qui fecit cenam magnam. Lautum cōſtat edulium
cuius pꝛeparatio nō poterat fieri niſi de patris po/
tētia. Nec inueniri. niſi de filij ſapientia. nec condiri
niſi de ſpirituſſancti bonitate ⁊ clementia Nec expē
ſe haberi poterant niſi de maieſtate ⁊ magnificētia
totius trinitatis.

De cibi huius ſanitate
Membꝛum quartum.

P

p Porro de ſanitate huius cibi qui eſt ſanus
ex operatione. operans ſanitatem in ho/
mine ipſum ſumente ⁊ comedente eſt no/
tandum. Qꝫ hic cibus eſt. ⁊ dicitur ſanus quadꝛupli
citer.

| ab infirmitate | infirmitatē pellens | depoſitū | ſanitateꝫ |
|---|---|---|---|
| Sanus ꝑſeruās. | purgās. | repāſqꝫ | reſuās. |

¶ Primo inq̃tz õr ſanus ab infirmitate pſeruando Eccli. xxxviij. deꝰ de t̃ra creauit medicinã: ⁊ vir prudens nõ abhorrebit eã. Ibidez. xliij. Medicina oĩm in feſtinatione nebule. q: ſpẽs ſacramẽti nebula vocatur que eſt pſeruãs ab oĩ infirmitate. Job. v. In ſex tribulationibꝫ liberabit te ⁊ in ſeptia nõ tãget te malũ. Tot eñi ſunt nr̃e infirmitates Nam

| | | |
|---|---|---|
| | | luxuria |
| | A corpe | gula. |
| | | accidia |
| Infirmitates cãntur | Ab aĩa | Ira |
| | | auaricia |
| | | inuidia |
| | A ſpũ | ſuperbia. |

¶ Ab hijs oĩbus liberat hoc ſacr̃m Si eñi accedentes diligenter cogitemus

| | | |
|---|---|---|
| paciencie humilitatẽ | | ſuperbia |
| eius ſtrennuitatẽ | liberabimur | accidia |
| cõionis liberalitatẽ. | | auaricia |

Et ſic per ſingula diſcurrẽdo vt patet exercitãti ſe

Secũdo eſt Sanꝰ cãm infirmitatis expellẽdo Omnis eñi cã noſtre infirmitatis ẽ quincuplex

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| | | ꝯcupia | carnis | | paup̃tate |
| | extra | | oculoꝝ | | dolore |
| Ab | | ſup̃bia | vite | purgat̃ | hũilitate. |
| | Intra | Timor | nimiꝰ | ex | audacia |
| | | Amor | ip̃robꝫ | | morte. |

¶ Omnes igit̃ cauſe nr̃e infirmitatis hoc ſacr̃o depellũtur Tertio eſt ſanꝰ ſanitatẽ dep̃ditã reſtaurãdo. Nã ſicut perdit̃ ſanitas corporis: ita ⁊ aĩe vires. Sed oẽ dep̃ditũ p̃ inediã ⁊ cõcupiam hoc cibo r̃ſtauratur. Ita q̃ reddũtur vires ⁊ debitꝰ vigor Sapiẽ. xvi. Nõ natiuitatis fructus paſcebat hoĩes. ſed ſ̃mo tuus paſcit eos q̃ in te cõfidunt. Liuida tabes efficit̃ in interioribus oĩs hõ qui hoc cibo diu priuatur.

¶ Quarto Sanꝰ ẽ ſanitatẽ cõſeruãs. Honora medicũ (ait ſapiẽs) p̃pter neceſſitatẽ. i. neceſſariã ꝯſuatiõnẽ ſanitatis. A deo eſt oĩs medela. Miſit verbũ ſuum ⁊ ſanauit eos de interitiõibꝫ eoꝝ. diſciplia medici exaltabit caput Clamemꝰ itaq; ad eum. Sana

Q me dñe ⁊ ſanabor. ſaluũ me fac ⁊ ſaluus ero: quoniam laus mea tu es. ¶ De cibi huius nutriuitate.

¶ Mẽbrũ quintum.

De nutriuitate cibi ſciendũ q̃ virtꝰ huiꝰ cibi ex ſex cognoſcitur ex quibꝫ valet hũ nutr̃re. ſ.

Vi celiq;. cibi. vite. dans. vnit. et omni.

¶ Primo nutrit virtute celeſti q̃ nobilior eſt oĩ v̇tute humana vel cibi hũani Joh. vi. Nõ moyſes dedit vobis panem de celo. ſed pr̃ meꝰ dat vobis panez de celo verũ. Panis enim verus ẽ qui de celo deſcẽdit. Hic eñi panis vegetare ⁊ nutrire habet ad vitã celeſtẽ. Ideo clamãdum. Panẽ noſtꝝ ſup̃ſtantialez da nobis qui ſcz ſup̃ſtanciali virtute nobis p̃ſtat nutrimentũ. hinc dicitur Oculi iacob in terra frumẽti et vini ⁊c̃. Nutrit ergo ea quã in ſe habet celeſti v̇tute et hoc ad celi cõformitatẽ in celo nr̃am faciens eſſe p̃ celibatum cõuerſationem ⁊ rationis intentionem.

¶ Secundo nutrit ipſa veri cibi veritate Joãnis. vi. Caro mea vere eſt cibus. Uerus eñi cibus vocat̃ ille qui nihil ſibi habet admixtũ niſi cibũ qđ nõ ẽ i cibo corp̃ali vt patet. Et ergo dicitur. Ego ſum panis vite qui venit ad me nõ eſuriet ⁊c̃. Adeo eni habz cibi veritatem q̃ totam alterius cibi aufert eſuriem in ſanctis et perfectis. ⁊ nõ admittit famis inediaz. Et ergo dicitur ydria farine nõ deficiet In Prouer. xiij. Juſtus comedit ⁊ iplet aiam ſuam. venter autẽ impiorum inſatiabilis ¶ Tertio nutrit ad vitam q: eſt cibus vite. quia ſcz ipſa vite principia ſunt in ipo Joannis. vi. Ego ſum panis vite (gloſa). qui paſco donec paſtos iungam vite. Joannis. vi. Hic ẽ verꝰ panis: vt qui ex ipſo mãducauerit nõ moriatur Itez Qui manducat me ⁊ ipſe viuet propter me. Hoc igitur alimentũ influit ſanctis vitam glorie ⁊ nob vitam gratie ¶ Lignũ enim vite eſt in medio paradiſi Cum eni (vt dicitur in libro de cauſis) vita ſit actus cõtinuus fluens ab ente quieto (quod eſt fons vite) i ea que viua ſunt. Patet q̃ hoc nutrimẽtum vite cibus eſt.

| | |
|---|---|
| | pater vitam fluit in filium. |
| Nam | filius hñs i ſemetipo vitã fluit i ſacr̃z |
| | ſacramentum vitam influit in nos. |

Eccleſiaſti. x. Cibauit illũ pane vite ⁊ intellectus

¶ Quarto cõfert immortalitatem ⁊ eius radicem. hinc dicitur Joannis. vi. Qui mãducat carnem meam habet vitam eternam ⁊ ego reſuſcitabo eum Inde etiam habet quod viaticum appellatur. quia ſcz eſt vita viancium. id eſt itinerantium per mortale iſtud deſertum vſq; ad immortalitatis illius ſtabilimentum. Quia hic cibus eſt radix immortalitatĩ. q: is qui ſumitur in ipſo principium eſt vite. Apocal. ſecũdo. Uincenti dabo edere de ligno vite: a cuiꝰ radice ſugitur vita immortalis. ¶ Quinto cibat virtute excellenti cibatum ſibi vniente. Et hanc proprietatem nõ cõmunicat cum cibo naturali. vnde dicit̃ Auguſtino Creſce ⁊ mãducabis me. Nec tu me mutabis in te ſicut cibum carnis tue: ſed tu mutaberis in me. Et Ezechielis tertio. Ipſi cõuertentur ad te: ⁊ tu nõ conuerteris ad eos. Nam ſi in nos cõuerteretur nihil nobis prodeſſet. Quando autem virtꝰ eius noſtram vincit infirmitatem ⁊ nos ad ſe cõmutat. oportet q̃ noſtra infirmitas in ſuaz tranſeat quodãmodo diuinam virtutem. ⁊ ſic firmamur ⁊ perire ñ poſſumus ab ipſo. Joannis. xij. Omnia traham ad meipſum. Hoc in cãticis ſpõſa orat. Trahe me pꝰ te. Nam ſicut in vnã perſonam aſſumpſit naturam humanã nõ conſumens eã in ſeipſo. ſed i vnitate pſone traxit vt in ipa eſſe diuinum participaret. Sic ꝯuertit nos ad ſe nõ cõſumendo. ſz vt eẽ diuinũ i ſui

ſumptióe pticipemus. Hinc orat Hieremi. Tren.
vlti. Cóuerte nos dñe ad te ⁊ ꝯuertemur Sic eccl'ia
dr corpꝰ xpi. qꝛ dñs ieſus dãdo illi corpꝰ ſuũ cóuertit
eã ad ſe vt corpꝰ eius efficiatꝛ: ⁊ ſingl'a ſint mébra eiꝰ
¶ Sexto nutrit iſte cibꝰ virtute vniuerſali: ⁊ corpꝰ
nutriens ⁊ aiam: in quo etiã excedit cibi materialis
virtuté: q̃ tm̃ depdita in corpe reſtaurat. Vñ Greg.
in Coll'. Pñã q̃s oipotens deꝰ vt qđ nũc in ſacro pci
pimꝰ ad nr̃aꝝ vegetationẽ tranſeat aiarũ. Ergo di/
cit Ambroſ. ſacr̃m ex duobus cõpoſitum ſcꝫ viſibili
ſacr̃o. ⁊ inuiſibili corpe chriſti: vt vterqꝫ hõ. ſ. exteri/
or ⁊ interior in chriſti corpe inueniat refectioné Jo/
annis. x. Ingredieť ⁊ egredieť ⁊ paſcua inueniet. ps.
Dñs regit me ⁊ nihil mihi deerit. tãta em̃ eſt paſtu/
ra iſta ꝙ in ea ſunt oia neceſſaria.

R

De cibi ad cibatũ cõgruitate        Hebꝛ. vi.

De cõgruitate huiꝰ cibi ad cibatũ videndum
quã habet ex ſili'tudine. Nihil ei vt phi aiũt
nutrit niſi ſile. Et ideo cũ iſte cibꝰ marie nu/
triat: oportet ꝙ marie ſilis ſit. Quia licet diſſilis ſit
cibꝰ a ꝓprio principio anq̃ꝫ nutriat. oportet ꝙ per di/
geſtioné fiat ſilis. Et qꝛ nos cõuertimur in hũc cibũ
igitur oꝫ ꝙ digeſtio fiat in nobis ad illiꝰ cibi ſaluta/
ris ſimilitudiné. Unde hic notandũ ꝙ in quiqꝫ cõſi
ſtit cõgruitas cibi ad cibatũ ex ſili'tudine videlicꝫ

**Digere. imagine. nata. virit. mala ſupſit.**

Eſt ei ꝯgruitas cibi ad cibatum
- nr̃i ad cibũ digeſtione
- imaginis ſimilitudine
- nature cõformitate
- cõuerſationis pulchritudine.
- nr̃e miſie indetractibil' aſſũptóe

¶ Primo inq̃ꝫ per digeſtioné noſtri ad cibũ fit ſili/
tudo. Et hoc cõpunctióe peccati ⁊ deuotióe feruẽtis
deſiderij. De primo apl's. Probet aũt ſeipm̃ hõ. Et
Eſai. Aſſil'aui te nõ cognouiſti me. De ſecũdo Loca
uit cor meũ intra me. Qñ eni cogitamꝰ charitatem
chriſti qui ſacramentũ inſtituit. cogitamꝰ mãſuetu
diné pacientis. aduertimꝰ deuotioné ſe pro nob of/
ferentis. largitaté ſe pro nobis exhibentis. benigni/
tatem nos ad mẽſam recipiẽtis. dulceſſit cor noſtrũ
ad cibũ hũc. ⁊ ſic feruet in amore ⁊ aſſil'atur chriſto.
ſciens qm̃ talia oportet cũ ꝑparé ¶ Secundo eſt aſ/
ſimilatio nr̃i ad chriſtũ in imagine Filiꝰ eni dei ima
go eſt inuiſibilis patris: ⁊ nos facti ad imaginem ſu
mus. Sed nõ pt̃ eſſe imago q̃ nõ imitať. qꝛ ab imitã
do ẽ dicta. Vñ hylariꝰ dicit Imago eſt rei ad ré imi
tandã ⁊ coequandã ſpẽs indifferẽs. Geñ. i. Faciamꝰ
hoiem ad imaginé ⁊c̃. Qui ergo vult hoc cibo dignꝰ
effici imiteť formã filij dei ad quã factus eſt. ſcꝫ i co
gnitióis veritate. ⁊ affectióis dilectione
¶ Tertio eſt hec ſili'tudo in nature ꝯformitate. Ad
Hebꝛ. ij. Nuſq̃ꝫ angelos appꝓhendit. ſed ſemé abrae.
Et poſt. Unde debuit ꝑ oia fratribꝰ ſimilari. Phip

penſ. ij. In ſili'tudiné hoim factꝰ Cõtẽpauit ei nos
ſibi noſtra aſſumẽs vt faciliꝰ in ipm̃ tranſeamꝰ Ge/
neſ. xxxvij. Caro eni ⁊ frater nr̃ eſt In oibꝰ eni natu
ralibꝰ eſt nobis aſſil'atus ¶ Quarto eſt ſili'tudo i cõ
uerſationis pulchritudine. Qui cõformamur ſibi in
pulchritudie morũ ⁊ virtutũ. Et hoc notať ꝑ veſtē
nuptialé. Matth. xxij. Amice quõ huc intraſti ñ ha
bens veſté nuptialé. In veſte eni tali ſil'es fiũt ſpon
ſo nuptiaꝝ Eſa. lxi. Induit me dñs veſtimẽto ſalu/
tis. ⁊ indumento leticie circũdedit me ¶ Quinto eſt
ſili'tudo in nr̃e miſeric ſ̃m penas indetractibiles aſ/
ſumptione. Nullã em̃ aſſumpſit culpã. ſed nec oẽm
aſſũpſit penã. Quia ſunt q̃dã pene quas ſi aſſũpſiſ
ſet honeſtati nr̃e redẽptióis detraheretur. qꝛ ille pe/
ne nõ ſunt honeſte. harum quedam

corpe        feineꝰ ſexꝰ. lep̃. ſcabies. debilitas ⁊c̃
ex   ania   vt   ignorãtia agẽdoꝝ cõcupia notioꝛꝫ.

¶ Si has aſſumpſiſſet redẽptioni non ſatis fuiſſet
Quia ſexus feineus ipediret a ꝑdicatióe. ⁊ plura icõ
uenientia q̃ relinquimꝰ ſtudioſis iportaret. Lepra
ab hoim cõuerſatione Debilitas ꝯtinua euãgelij of
ficiũ ipediſſet. Et iõ has ⁊ hmõi nõ aſſumpſit. Alias
aũt nr̃as oẽs aſſumpſit penalitates vt ſilis nob eẽt
Et ideo pro hac aſſil'atióe ad marias ei tenemur g̃/
tiaꝝ actiones. Quia ex hac penarũ aſſumptióe ⁊ no
bis cõpati noſcit ⁊ ſilis peccatoribꝰ minor eſt angel'
effectus ⁊ pro nobis paſſibilis factꝰ, oia tedia vite hu
mane ꝑ nobis ſuſtinuit. Pprie ergo ⁊ perfecte cõgru
it nobis iſte cibꝰ. ⁊ iõ mirabiliter ꝯueniẽs nobis ꝑpu
tatur.

¶ De huius cibi penetrabilitate.        Hebꝛ. vij.        S

De penetrabilitate huiꝰ cibi quã hꝫ ex ſubtili/
tate ẽ notãdũ ꝙ cibus naturalis non nutrit
mẽbra niſi mẽbris infũdatur. nõ infunditur
aũt poroſitati mẽbroꝝ niſi ſubtilietur. Et iõ poſuit
natura oia inſtrumẽta in hoie ad hoc neceſſaria Po
ſuit enim in ore

| | | |
|---|---|---|
| Dentes | | cibũ diuiderent. |
| molares | | ad mima cõtererent. |
| caloré igneũ i ſtoãcho | | ſubtile a groſſo ſepaцť |
| venas muſaicas. | vt ſic | ſubtile ſugerent. |
| colatoria pãnicl'oꝝ | | feculẽtũ colãdo auferrẽt |
| ſubtiles poros | | ſubtile ſubtiliter ſugerẽt |
| ſpõgioſitaté mẽbroꝝ | | mẽbris infunderent |

vt ſic in ſubtiliſſimo nutrimẽto corpis perficeretur:
Hoc ergo modo ꝑficitur etiã nutrimentũ aie in ſa/
cramento: vbi oportet hec vt penetret ꝯcurrere.

**Maſtico. pꝰ tenuo. ſugo. fero. colo refũdo**

¶ Maſticatio que eſt frequẽs reditus dentiũ ſuper
idem ſignat meditationé. vt ſupra patet. Quia ẽ h
ſacramentũ diuidendũ ⁊ atterendũ in oẽs differẽti/
as bonitatis ⁊ virtutis. ¶ Secũdo nota ꝙ ſubtili/
atio que fit per caloré digeſtiuũ igneũ pura ſepans

ab ipuris. nõ quidē in corꝑe dñi: ſed potiꝰ eſt in nobꝭ q̄ nos depurare debemꝰ. vel potiꝰ ab ipſo dño depurari ad ipm̄ percipiendū. De hoc Malach. iij. Sedebit cõſtans ⁊ emūdans argentū ⁊ purgabit filios leui ⁊ erunt dño offerentes ſacrificia in iuſticia ⁊ placebūt dño. Seſſio moram Cõſtatio charitatis incendiū Emūdatio digeſtionē ad purū deſignat ¶ Tercio ſuctio dulcedinis huiꝰ ſacri deguſtate fit qñ i dulcedine cordis nimia dulcedo chriſti in ſpū deguſtat̄. Deuterono. xxxij. Ut ſugeret mel de petra. poſtq̄z. ſ. eſt depuratus Quarto delatio huiꝰ cibi fit quaſi per quaſdā venas ⁊ carnales in totā aīam ipm̄ deportātes vt vndiq; aīa infundatur. irrigetur. nutriatur. Hee vene ſūt cognitiões ⁊ affectiões nutrimentum aīe deferētes a fonte xp̄o. De quo Geñ. ij. Fons aſcēdebat de terra ¶ Quinto colatoria ſignāt ſubtiliſſiē cõſcientie examiatiõem ne aliqđ impurū remaneat in nobis Hiere. x. Si ſeparaueris precioſū a vili quaſi os meū eris. hinc Exodi. xxix. Simila precipitur eſſe in ſacrificio dñi q̄ ſignificat vltime mūdicie graciam. Ezechiel. xvi. Similā ⁊ mel ⁊ oleū comediſti. ⁊ decora facta es nimis ¶ Sexto tā purū: tam dulce tā mundū infundit̄ iam mēbris aīe: et ex illo oīs ſubſtantia coꝝ ⁊ virtus reſtaurat̄. Et aīa exhilarat̄. ita vt Pſ. dicat. In voce exultatiõis ⁊ cõfeſſionis ſonꝰ epulantis. Quia cor eſt in iubilo ⁊ oīa interiora ⁊ exteriora dulcedine talis epulationis ꝑfundūtur. Naz panis cõfortat ad grām Uinū inebriat ad ſpūs iocūditatē. Et mixtio vini cõſeruat rõnem ſobrietatis

De cibi ad cibatū vnibilitate ¶ Mēbrum octauū

Iam de cibi ad cibatū vnibilitate videndum Et eſt ſciendū ꝙ in naturali cibo nihil vnit̄ ei qui cibatur niſi qđ cõnaturale eſt illi. Nõ cõnaturale putreſcit generat apoſtemata ⁊ alias corruptiões. De cõnaturali aūt vnico oīa mēbra cõfortantur ⁊ ꝑficiūt in opatiõib; ſuis. Et ideo notandū ꝙ quinq; ſūt q̄ nos faciūt chriſto cõnaturales ⁊ vnibiles ſalicet

diuina gñatio mūda dei ſincerꝰ illūinoſa vnio deuota
Partus. vita. ⁊ amor. ſic cõtēplatio. iunctꝰ

Et hec quinq; h; etiā cibus ad cibatum qñ vnitur ei De primo borū dr̄ in canonica Job. v. Scimꝰ quia oīs qui natus eſt ex deo non peccat. ſed generatio dei cõſeruat eū. Eſt aūt ſpūalis quedā ⁊ optima generatio diuina qua hõ in corpus ⁊ in mēbris xp̄i generat̄ Si enī cibus oleris bonū ſuū cognoſcere poſſet quādo ad corpus ⁊ ad mēbra hoīs per generationem qñdam mutat̄ multas grās ageret ⁊ oēs cõtritiões et modos quib; cõteritur ⁊ mutatur cū gaudio ſuſtineret ſciēs ꝙ a ſuo eſſe ignobili ⁊ vili in tā nobilem vitam ⁊ corpus trāſiret Quantas ergo grās debemus chriſto qui ſuo corꝑe viuifico nos in ſe trāſmutat vt corpus eius efficiamur ſcꝫm: mūdū: diuinū Hic Joannis. i. Quotq̄t aūt receperūt eū dedit eis poteſtatē ⁊c̄. Quia q̄ eū recipiūt in ſacro cõcorpales illi efficiūtur Ex deo nati ſūt. ¶ Secūda vnio eſt in mūda vita in ſiliṫudie virtutis ⁊ opatiõis Hinc dr̄ Eſaie. lvi: Iniquitates veſtre diuiſerūt inter nos ⁊ deū. Ac ſi dicat Si diſſiliṫudo in vita nõ eēt. ſed eſſetis vita virtute ⁊ operatiõe ſiles. tūc deo vrõ vniti eētis. ita ꝙ nihil inter vos ⁊ ipm̄ diſtaret Act. xvij. Nõ longe eſt ab vno quoq; nr̄m In ipſo eī viuimꝰ: mouemur ⁊ ſumꝰ: ⁊ oīa opa opatur in nobis ⁊ magna facit in nobis ¶ Tertium nos vniens chriſto eſt dilectio ad ipm̄ ſincera. Hinc Augꝰ. Fides in cõpoſitiõe corꝑis miſtici mēbra iūgit. ſpes aūt nectit ⁊ charitas vnit ⁊ Apoſtolus Solliciti ſeruare vnitatē ſpūs in vinculo pacis Qui in charitate manet in deo manet. Erit autē hec dilectio pulchra ⁊ ſincera nil corruptibil̄: nihil fedū admittēs aduerſus dilectū Quartū vniēs eſt illuſtratio cõtemplatiua. de qua. ij. ad Coꝝ. tertio Nos vero reuelata facie gl'iam dñi ſpeculātes in eādem imaginē trāſformamur a claritate in claritatē tanq̄z a dñi ſpū. Omnino enī innaturale eēt ꝙ tenebroſum ⁊ obſcurū mēbrum eſſet tā lucidi ⁊ pulcherrimi corꝑis. ⁊ iõ oportet vt aſſumat chriſti naturalē lucē ⁊ pulchritudinē. imo ⁊ colorē candidū ⁊ rubicūdum. vt dr̄ in cāticis ¶ Poſtremo vnio ꝑficit̄ indiſſolubilem hñs vnionē ad corpus ⁊ idiſtantē vt i corpore ſit ⁊ animetur ab ipſo ⁊ viuat: ⁊ iam de cetero de corꝑe reputetur. Hoc aūt fit per oīm bonoꝝ q̄ a capite vel corde corꝑi influūtur ꝑticipationē vt dr̄ in Pſ. Participē me fac deꝰ oīm timentiū te. Itez q̄ adheret deo vnꝰ eſt ſpūs Reducimur a multis i vnū

per cathenā vnionis.
per vinculū ſpūſancti
Et hoc q: colligamur filio in ſacramēto
q: reducimur in patrē ⁊ fruimur ipſo:
Sic ergo perficitur vnio iſta

De cibi ad cibatū heſibilitate
Membrum nonum

Circa nonū ſciendum ꝙ cibi ad cibatum heſibilitas perficitur ex apphēſiõe fortiſſima qua id qđ cibatur apphēdit. ⁊ tenet id qđ ſibi ex cibo eſt vnitū Sicut enī dicit Iſaac in dietis ⁊ cõſtantinꝰ in pantegnis ꝙ quidā cibi paꝝ adherent vt oua caro ſubtilis ⁊ herbe Quedā firmiter vt nutrimentū ex puro ⁊ ſincero grano frumenti Sic etiam chriſto quidā fortiter adherēt. quidā aūt facile ſeparantur Adheſio aūt fit bis modis.

Fortis amor. ſtabilis. heret. cõſtātia xp̄o.

¶ Fortitudo aūt apprehenſiõis ſpūalis fit quaſi duobus brachijs intellectus et affectus Philippē. iij. Sequor ſi quō mō cõprehendā Canti. viij. Apprehendam te et ducam Item Cāti. tertio. Tenui illuz nec dimittā Item. iiij. Reg. ij. Uiuit dominus ⁊ vi

nit aīa tua nō dimittā te. Jtem Ego dilecto meo et
ad me ꝯuerſio eius Secūdo fit hec adheſio glutio
amoris Hiere.xiij. Sicut adheret lūbare ad lūbos:
ſic agglutinaui mihi domū iſrl' ⁊ oēm domū iuda vt
eſſent mihi in nomen ⁊ in laudē ⁊ gl'iam. Jtē Eſaie.
xli. Glutinū bonū eſt. ps. Adheſit aīa poſt te Omis
eni amor facit extaſim tranſponēs amantē in ama-
tum Eſt igitur amor optimū glutinū q̄ mēbꝝ icor-
poratū xp̄o firmiter ſubhereat ne ſeparetur ab eo
Tertio fit hec adheſio māſione ſtabilitatis. i. ſtabi-
limento cordis ⁊ corporis in ſpūalibꝫ meditatiōe ⁊ ſtu
dio Nā hoc neceſſariū eſt Hinc dr̄ Hiere.xiiij. Po-
pulus hic dilexit mouere pedes ſuos ⁊ dn̄o nō placu
it. Oportet eni firmiter adherere deo. q: oportꝫ pal
mitē manere in vite vt faciat fructū Qui eni manet
in me (ait ip̄e chriſtꝰ) et ego in eo. hic fert fructū mul
tū Hinc Geñ. vij. dr̄ Manſiunculas in archa facies.
id ē corpi dn̄i ieſu firma meditatione ⁊ exercitio ad-
hereas Jtem de h' Geñ.xxvij. dr̄. Jacob fuit vir ſim
plex hitans in tabernaculo. i. corpe dn̄ico. Oportet eñ
cauere ne ad leuia defluamꝰ ⁊ laxationē patiamur:
ne forte effluat cibꝰ iſte. vñ oꝫ caute. patiēter. pſeue-
ranter expectare huiꝰ ſacri effectus: ⁊ nō ideo ſepari
ab eo Et hec ſimul ſufficiūt de māſione ſtabilitatis:
⁊ perſeuerātia cōtinuitatis Ac ꝑ hoc de oībꝫ ꝓprieta
tibus ſuprapoſitis huiꝰ vitalis cibi Age iā hunc op-
temus edamꝰ vt ineternum viuamus.

ciens vicia titillāt ars breuis accipiatur ad victoriaꝫ
vicioꝝ. tota crux mēte ꝯſtringatur impingaꝛ manu
⁊ dicaꝛ O crux aue ſpes vnica o aſtes triūphale ſignū
Et in hoſtes cū eccl'a fulmina Ecce crucem dn̄i fugi/
te ptes aduerſa ¶ Sed accipe ⁊ aliud n̄ minꝰ tutū
firmamētū ⁊ ſit adiutoriū tuū in noīe dn̄i ⁊ nullꝰ pre
ualebit aduerſum te. Turris em̄ fortiſſima nomen
dn̄i In huiꝰ iuocatiōe exiuit dauid ad goliath cū fun
da ⁊ lapidibꝫ crucifixi Noſtrum illud horrendū cuꝫ
armoꝝ apparatu ōni. armis hijs mox eſt deuictum.
In hoc triumphauere chriſti martires om̄s. Quan/
docūqꝫ ergo vicio aliquo premeris temptatiōe ipug/
ris inuoca chriſtū. memorare ihū nomen Filij ⁊ ma
tris eiꝰ marie Et preſertim ad mentem reuoca tytu
tulum triumphalem. Ihūs nazarenus rex iudeoꝝ.
Breuis is tytulꝰ ad legendum. leuis ad portandum
dulcis ad rumināđum. fortis ad ꝓtegēdum. fidelis
ad cuſtodiendum. efficax ad triumphādum. Tū ⁊ ſe/
cure certat q̄ hūc tytulum ꝓ munimēto habet Ma
gis deuoto is ad deuincendum vicia ꝓderit. q̄ꝫ ſi lori/
catus ocreatus ab ymo pedis vſqꝫ in verticem conſcen
dat trāſeo reliquas tytuli virtutes tempꝰ nō patiꝛ exē
plis dicta probare. Tertium munumētum eſt
Orō feruēs Hec neminem deſtituit. nullum derelin
quit. Quotiēs filij iſrael hoſtibꝫ ſuberant. quotiens
deſperationis baratro detinebantur. quando hec ar/
ma ſumpſerunt in capite facti ſunt ex cauda. Sic ei
ſcriptum eſt. Clamauerunt ad dominum cum tribu
larentur ⁊ de neceſſitatibꝫ eorum liberauit eos. Hic
⁊ hoꝝ rex vnus ait. Cum neſcimꝰ quid agere debea/
mus hoc habemus reſidui vt oculos ad te leuemus.
¶ Poſtremo omnis virtuoſa operatio mentis ē
armatio vt apoſtolus vult. Sumamus itaqꝫ fidei
ſcutum. galeam ſpei. gladium verbi dei. ⁊c̄. Hinc in
vitiſpatrum In pugna ſpiritali corpus eſt equus.
Miles ſpiritus. lorica charitas. Galea ſpes. Scu/
tum fides. Gladius eſt verbum dei. Lancea oratio.

Arcus ⁊ ſagitte p̄dicationes acute Sella equi ē cō-
teplatio. Cingulū quod ſellā tenet humilitas Frenū
tēperantia. Ferramēta equi ↄtemptus mūdi. Potiſſi
ma ꝗꝫ armatura eſt verbuꝫ dei ⁊ ſacra ſcriptura. vt
dicitur infra. In hoc em̄ ſolo deiecit dn̄s ieſus om̄es
inſultus inimici. Hec ſatis de armis. Nō eſt ꝗ iam
conqueri poteſt

¶ De ductore ſapienti habendo .§. ſecundus

Alterū requiſitū eius ꝗ in vitioꝝ decertatiōe
ſe exercere volet eſt ꝙ ductorē querat ꝗ ⁊ vi-
am nouerit ⁊ inſidias hoſtiū nō ignoret So
let em̄ deus hoīem ꝑ hoīes frequēter inſtruere ⁊ eis
medijs hoſtes finiū exterminare. Ue illi ꝗ ſibi confi
dit ⁊ ſolus ſine ductore incedit. Nam leuiter īcidit ī
venatorū laqueos. et cū inciderit nō habet ſubleuā-
tem. Igit̄ ad nr̄am hūiliationē vult de⁹ vt ductores
ſequamur. Sic ſic ppl'm iſrahelitícū ꝑ moyſen ex egi
pto in terrā promiſſionis deduxit. Sic loth de ſodo-
mis nō per ſe ſed per angelū ductorem exire coegit
Sic corneliū ad petrū paulū ad ananiā direxit. Im-
mo per medias cauſas oīm ſtudia dirigūtur Quiſ
quis ergo ſecure voles incedere. ꝗſquis de vitijs re-
portare palmā. eaqꝫ in fundū vſqꝫ exinanire ductorē
elige ſpiritalem nō ignorantē aſtutias ſathane virū
tibi ꝓficere ſtudeto Cui⁹ ↄſilio ⁊ ope cūcta agas

¶ De mō ⁊ ordine certo vitia debellādi ꝯſtituendo
paragraphus. tertius

Tertio ꝗ expedire volet in vitioꝝ eradicatiōe
ꝓficere. debet modū certū ⁊ ordinē ſibi p̄fi
gere quo poſſit procedere. Ordinē aūt ꝗ pro
grediendū ſit. hugo pulchre edocet dicēs. Purgatio
nis inquit tue ſollicit⁹ Primo neceſſe eſt vt paſſiōes
quibus īpugnaris attēdas. deinde que ſint ꝗbus ma
xime fatigaris inſpicias. Poſtremo ꝗ inſtrumenta
quib⁹ paſſionib⁹ magis obuient ſagaciter ꝑquiras.
Quibus inſpectis congruū inſtrumentū cuilibꝫ paſ
ſioni obijcias ⁊ que magis īpugnat feruentiori īſtan
tia vt ipa obruatur inſiſtas. Nec ſic tamē extinctiōi
vnius paſſionis tota vehementia inſiſtenduꝫ eſt vt
ad cetera deprimēda corpale organū deficiat. Hec
Hugo Notent̄ verba. ſignētur miſteria. ſūt em̄ ple
na ⁊ verū docent ordinē vitia expugnādi. ꝗ lati⁹ ī li
bro qui intitulatur Beatus vir. explicantur vn̄ nec h̄
rememoranda. Pro autē clari⁹ hoc mō vitia expu
gnādi intelligendo notāde ſunt ꝗttuor regl'e phi. ꝗs
ſecūdo ethico. ca. vltimo ponit Prima eſt ꝙ ꝗs cō
ſideret ad qd̄ malū ſit plus inclinat⁹. a nat̄a aut con
ſuetudine ⁊ ↄ̄ illud pl⁹ conet̄ Rō eſt qꝛ ad qd̄ ↄpletio
aut ↄſuetudo inclinat. facilius trahit ad trāſgreſſio
nē medij virtutis. Ad ꝗd aūt quis plus ſit inclinat⁹
patere p̄t ex delectatiōe vel triſticia quā ꝗs circa viti
um certū hꝫ. Et hec eſt efficaciſſima via ad vitia d̄bel
landa. Sed totis virib⁹ eſt hic laborandū. vt pꝫ d̄ vo
lentib⁹ beſtias aliꝗd docere. oꝫ em̄ ꝙ cū magno cona
tu opent̄ ↄ̄ naturalē illaꝝ inclinationeꝫ. vt ꝗ docere
vult canē duob⁹ pedib⁹ ambulare. ⁊c̄ Altera regl'a
eſt vt ꝗs magis fugiat illud vitiū qd̄ mag̃ v̄tuti cer
te ↄtrariatur. Ut tēꝑantie plus cōtrariat̄ intēꝑantia:
ꝗꝫ inſenſibilitas. Et liberalitati magis repugn̄t aua-
ritia ꝗꝫ prodigalitas. Rō eſt qꝛ tale vitiū pl⁹ inficit
virtutē. Exemplū de ſanari volente ꝗ plus nociuum
plus vitare hꝫ Tertia regula eſt Inter oīa maxime
eſt delectatio ⁊ delcābile qd̄ cunqꝫ in vitijs cauenduꝫ
Rō eſt qꝛ nat̄aliter ad delectabilia inclinamur. ⁊ ta-
lia appetitui ꝑpoſita ſtatim placēt. Uolūtas curua
tur. rō excecat̄. ↄcupiſcibili oblato Sicut exēpli gra
tia. ꝑ exteriora mūera etiā iuſtoꝝ iudicia ꝑuertunt̄.

¶ Quarta regula eſt vt ꝗs ↄſideret ſupabūdantiaꝫ
⁊ defectū ꝗ opponūtur v̄tuti. Et ꝑpendat ꝗlia ſint ⁊
ꝗꝫ mala ſint pctā. Et virtutis mediū ſic facili⁹ diligꝫ
⁊ mediū inueniet virtutis Hoc ꝗꝫ circa modū obſ̄
uandū. Qꝫ carnalia vitia meli⁹ vincūtur ꝑ fugā ⁊ ō-
nis occaſiōis remotionē. Spiritualia aūt reſiſtēdo
melius ſupant̄ vt pꝫ in Beat⁹ vir. Hijs mōis ꝗ cer-
taret facile palmā reportaret.

¶ De certo tēpe expugnādi vitia ꝓfigendo .§. iiij

Quarto multū certanti ꝓficeret ꝙ certū ſibi
tēps in hijs exercendi figeret. Sciretqꝫ ꝗꝫdiu
cēt ↄ̄ vnū vitiū oppugnādū. Un̄ de p̄mo
notandū ꝙ ſicut varie p̄t quis ſe circa hec exercitare
ita etiā ⁊ licet variare tēps. Pōt em̄ p̄mo hō ſe exerci
tare ꝑ generalē quendā horrorē ⁊ reſiſtentiā vitiorū
vt ſcꝫ ꝗtienſcūqꝫ inſurrexerint eis repugnet. Et ſm
hoc oē tēps ↄgruit. Rurſus p̄t ſe hō circa hec exercita
re ſingulis dieb⁹ vnū aſſumēdo vitiū cōtra qd̄ ſingu
lari⁹ ſe opponat orādo ⁊ meditādo. Et ſic ↄuenit vti
ſeptenis an̄ ⁊ poſt horas vtꝫ infra. ¶ Tertio ꝗꝫ p̄t ſe
hō exercere circa vnū vitiū magis ſibi infeſtū nō ab il
lius inſecutiōe deſiſtens donec ad internetionē vſqꝫ
interimat. Et ſic lōgius in hoc oꝫ exerceri. Et p̄ter
cōtinuā orōnē ⁊ exercitationē cōem erga illud vitiuꝫ
oꝫ aliqd̄ certi tēpis hr̄e in ꝗ ſm h̄ aſſignata poſſit ex-
ercere. Ad qd̄ ↄgruenti⁹ nō ſe offert tēps ꝗꝫ poſt matu
tinas. Nā et hoc tēps ipe dauid huic exercitio d̄putaſ
ſe videtur cū ait. In matutino interficiebā oēs peccō
res terre ⁊c̄. Sed hoc tn̄ moderate ⁊ breuiter ne ſom
no tēps ſubtrahat̄ ¶ De ſecūdo aūt ꝗꝫdiu ſcꝫ ſit ↄtra
vnū vitiū ꝓliandū ⁊ qn̄ ↄtra aliud bellū ineunduꝫ h̄
ſciendū. Qꝫ tādiu debes pugnare donec ipm̄ vitium
adeo deficiat ⁊ debilitatū ſit vt mox cuꝫ inſurrexerit
ipſum rōne poſſis cōprimere ⁊ refrenare. ⁊ ꝗꝫdiu ip
ſum p̄ ceteris eſt tibi infeſtū. Un̄ Hugo Nec īportu
nius eſt laborandū vt nō quelibet paſſio ſentiat̄ ſꝫ cū
ſurrexerit ſm iudiciū rōnis cōpeſcat̄. Hec ille Bñal
lem aūt horrorē cōtra oīa vitia hr̄e oꝫ ꝗꝫdiu in corpe
alit⁹ ꝑſtet. dicit em̄ Bern̄. Credite mihi ⁊ putata re
pullulant ⁊ effugata redeūt ⁊ reaccēdūtur extincta. ⁊
ſopita denuo excitantur. Parum ergo eſt ſemel pu-

taſſe ſepe putandũ. immo ſi fieri poterit ſp. Semp enĩ velis nolis iebuſeus erit in termis tuis. Semp ergo obſiſtere opoꝛtet. Unde ꝛ milicia eſt vita hõis q̃ȝ diu eſt ſup terrã. Noli cedere. noli belli cauſare diuturnitatẽ. recipies enim eternũ premiũ. ꝛ ſi legittime certaueris euades penaꝝ eternitatẽ.

Hec de ſpe ¶ De remedijs ſciendis. §. quinctus

B Poſtremo q̃ legitime certare ꝛ plene curare vicia volet. opoꝛtet vt medicinã ꝛ remedia (q̃bꝫ ſi vulnerat⁹ fuerit ſe curet) ad manũ habeat Hec aũt remedia vitioꝝ curatiua vel ab alio pñt ipendi vel a quoq̃ȝ ſibijpſi applicari Quid q̃ſo ſec⁹ plati niſi aĩarum medici? Qui vt ſubditos bene curent ſet remedijs. vt docet mgr̃ Jacobꝫ carth. in tractatulo de arte curandi vitia vti debent. Et ſunt hec ꝯplexa hoc verſu.

**Oꝛãs exẽplũ. mõeat. bõa ſtrigat. ꝛ aufert.**

| | |
|---|---|
| Deuota ad deũ orõ | ꝓ ſubditoꝝ vitijs oret |
| Jrrep̃hẽſibil' ꝯuerſatõ | exẽplũ virtutũ p̃beat |
| ſana ꝛ crebra ãmonitõ | doceat ꝛ exhoꝛtet̃ ad bonũ |
| Bñficioꝝ exhibitio q̃ | etiã obſecrãdo ꝛ dõis alliciat |
| diſciplie cohercio | culpã ipunẽ ñ dittat |
| abſciſiõis ferrũ ꝛ cautheriſa° | e medio malũ auferat. |

Quõ aũt hec applicare debent q̃bus ꝛ circa quos vtẽtur qm̃ p̃latoꝝ ſcire refert nõ eſt hic vbi ꝑuuli ꝑuul' ſcribimus ꝓſequendũ. Qui ſcire volet librũ ei⁹ legat Hoc vnũ cohoꝛtamur vt diſtricto magiſterio q̃ cito ſanari voluerint ſe ſubijciant ꝛ in oĩbꝫ pareant p̃latiſ vt infra dicetur in ꝓfectu

¶ Remedia ab intra Capl'm. iiij.

C Sed iam quõ quiſſibiıp̃i medebit̃ ꝛ per q̃ dicamus. hoc em̃ longe nobili⁹. hoc efficaci⁹ curat. Poſtq̃ȝ igit̃ oĩa pꝛioꝛa quis habuerit p⁹ q̃ȝ vitia p̃ncipalia cognouerit oȝ vt remedia ſingulis ꝯtraria querat. eaq̃ȝ applicet donec curet̃ Sȝ quoniam paſſim hec remedia in libꝛis inueniũtur tm̃ gñalia quedã ponem⁹ vt vbi ꝑticularia ad manũ nõ habuerim⁹ vel hec ſaltẽ applicemus. p̃ter ea ſeptẽ q̃ ĩ ꝓfectu ponũtur

q̃ ſcãoꝛ ꝑꝑ⁹ tioꝛ noxi⁹ vide. §. 2° viđ. §. 3° ĩ rme dio ſcriptẽ.

**Radices fugiat. exp̃mat. vbũ gere q̃nũ**

¶ Primo oĩm qui vitia fundit⁹ extirpare vult oȝ vt vitioꝝ radices euellat. que due ſunt iuxta Aug⁹. ſ. Amoꝛ male inflãmans, ꝛ timoꝛ male hũilians. Que tñ ſub vna reducũtur ꝛ dr̃ Amoꝛ ꝓpꝛi⁹ Hijs radicibus q̃ debita antydota adhiberet oĩa ſil' vitia a ſe excluderet. Sicut cũ materia peccans in febꝛe abijcit̃ tota febꝛilis egritudo ſanat̃ Qui em̃ nõ timet niſi vere timẽda. ꝛ nõ amat niſi vere amãda. nulli⁹ vitij hꝫ pauere incurſũ Hinc ẽ ꝙ odiũ ſuijpi⁹. fons ẽ ꝛ ſcaturigo virtutũ. Sed heu amoꝛ ꝓpꝛius nimiũ celebrat̃ ꝑ oꝛbẽ Qui tñ niſi abijciat̃ gratis ꝓ extirpandis vitiis laboꝛat̃. Nã niſi quis vulnerat⁹ telũ e coꝛpe euulſerit. oĩs medicina exteri⁹ applicata inanis erit. Sȝ foꝛſitan cauſabit̃ q̃s difficile foꝛe odiſſe ſeipm̃. Fatemur. ſed virt⁹ in arduis collocat ſedẽ. Si coꝛpal' ſanitatis auidi ferrũ patiũtur ꝛ ignẽ. ſi nulli ꝯtumnis amariſſime potioni. imo ꝛ ignis exuſtioni ſȝ ꝛ membꝛoꝝ putridoꝛũ abciſioni nõ cedãt: q̃d nõ pro aĩe ſalute ferendũ ¶ Et que queſo difficultas q̃d tã in p̃rãte hõis ſit amare q̃d velit ꝛ q̃d nolit odiſſe Sumus (p̃ho teſte. iij. eth.) dñi actionũ nrãꝝ imo ꝛ voluntatũ a principio vſq̃ȝ ad finẽ. Fatemur tñ difficile eẽ. ſed ecce apponim⁹ vnguẽtũ leniatiuũ. Si graue videt̃ ñ amare ꝯcupias aut teip̃m appone ꝯmutatiõis vnguentũ. nobili⁹ q̃ppiã amãdo ꝛ illis leui⁹ hẽbis Nam videm⁹ in hũanis ꝯmutatiõibꝫ ꝛ emptiõibꝫ. ꝙ licȝ vna res m̃tũ diligat̃. cũ tñ nobilioꝛ ſupuenerit moꝛ pꝛima vileſcit ꝛ libent̃ ꝯmutat̃. ſicut in donatiõe argenti ꝓ auro. aut cupꝛi ꝓ margaritis ꝛc̃. Hoc ei mo rale imo ꝛ natale vt moꝛ⁹ ꝛ delectatiões maioꝛes expellãt minoꝛes. Quid ergo vis vilioꝛa ãplecti cũ multo inſignioꝛa ꝛ melioꝛa hr̃e poſſis? Que licȝ ſint abſentia ſũt tñ ꝑ̃te ventura Sic igit̃ vna delectatio aliã vincit. ꝛ nihil tã amabile q̃d nõ cedat amabilioꝛi via cõmutationis Aut certe ſi adhuc difficile eſt ioꝛdiatuȝ amoꝛẽ tibi relinq̃re lini tẽ vnguẽto ꝯminatõis vt. ſ. cũ delectatio noxia aut illicit⁹ amoꝛ titillat ꝯfugias ad meditationẽ penaꝝ infligẽdaꝝ ꝓ amoꝛe illo ꝛ miti⁹ tecũ aget̃. Nã ſc̃m Ariſtote. facili⁹ ꝯtẽnim⁹ d'lcãtiones q̃ȝ patimur penas. Sicq̃ȝ ꝯtrariũ ꝯtrario ſ̃tũdendũ ꝛ met⁹ penaꝝ terreat ꝛ ꝓhibeat ab exceſſu culpaꝝ Que rogo inſania vt q̃s ꝓ delectatiõe momẽtanea mereat̃ eterna toꝛmẽta ¶ Quõ noxi⁹ expellit̃ timoꝛ D

ꝺ ſi timoꝛ noxi⁹ ad peccã ipellat. pote (§. i.

q rat ꝛ ip̃e duplici hac via retũdi atȝ expelli Primo. ſ. via ꝯmutatiõis vt cogitet ꝙ ꝑ ꝑuas pẽas maioꝛes euadat ꝛ eternas dicẽs ſibi Qui timet pꝛuinam cadet ſupeũ nix. ꝛ illđ Melioꝛ ẽ modica amaritudo ĩ faucibꝫ q̃ȝ etnũ toꝛm̃tũ ĩ viſceribꝫ Scđo expellit̃ via ꝯmutatiõis q̃ cogitat de remũeratione etna ꝓ tp̃ali pena Nã aſſidua r̃cogitatio p̃mij minuit vim flagelli. pȝ hoc in bellis ꝛ martiribꝫ ſctis. Hinc eccl'ia đ ſcõ laurẽtio dicit Sudat martir in agone ſpe mercedis ꝛ coꝛone q̃ dant̃ fidelibꝫ ꝓ xp̃o certãtibꝫ Hinc ꝛ apl's ait Nõ ſũt ꝯdigne paſſiões hꝰ tp̃is ꝛc̃. Agite frẽs p̃remiũ añ oclos ſiſtite virilit̃ ꝓ eo obtinẽdo agite ab õnibꝫ abſtinere Qui ĩ agone ꝯcertat ab oĩbꝫ ſe abſtinȝ et illi q̃dẽ vt coꝛruptibilẽ coronã accipiãt. nos ãt icoꝛruptã Hec ſpes gaudia obtinendi euadẽdi toꝛm̃ta. q̃uia q̃q̃ȝ dulciſſiã facit Timoꝛ mal⁹ ꝛ amoꝛ cõq̃ieſcunt ad vitia ñ ipellũt Hinc ieiunia ſuauia cilicia mollia conuitia iocunda Hinc dulces coꝛpoꝛis diſcipline.

Hinc celle q̄ſi paradyſi ortus redolent : ſpei ſu
auitate perfuſe. Noctium vigilie breues aſpera mol
lia fiūt. hinc dura ſenioꝝ impia ãplectūtur veluti cu
mulata margaritis plēa marſubia. ⁊ vt paucis dicā
oīa leuia facit ſpes iſta gemina euadendi tormenta.
obtinendi gaudia. Crebro igit̄ nos his vnguētis de/
libuamꝰ crebro ſpei mēores ſimꝰ Hec latius diximꝰ
qm̄ hic nodus ſiſtit. ſeq̄t

¶ Remedia externa. .§.ij.

E Ed iam quō etiam ab extra mederi poterimus
viciīs ponamꝰ Qui em̄ bñ ⁊ intꝰ ⁊ foris fuerit mu
nitus facilius vicia curabit. Eſt āt duplex a foris vic/
torie modꝰ Nam bellatores incliti aut pede aut ſcuto
hoſtes vincere ſolent. pede fugiēdo. ſcuto reſiſtendo.
Et licet gl'oſius ſit vincere pugnãdo ⁊ reſiſtēdo. ꝑicu
loſius tñ ⁊ ḡuius ē fugere āt ſecurius ⁊ frequētius.
Sufficit em̄ ſcḋm hiero. ñ vinci ab hoſte. Sicutꝰ em̄
ait ia carthuſ. dictus ꝯtra tractū flumīs difficilem ēe
meatū. cum curſu vero facilem ꝑꝑ reſiſtentiā ꝑuam.
Qui igit̄ vicioꝝ voraginem ⁊ impetum q̄rumcūqꝫ cu
piditatū veraciter volet effugere. oꝫ irritamenta ⁊ in
citamenta vñ oriuntur excludere ⁊ declinare. Oriunt̄
āt l'ex exterioribꝫ obiect꞉ ſenſibꝫ oblatis. aut ex ꝓprie
rebellione carnis. Et ſcḋm hoc duo remedia ponūtur.
Primū vt notia obiecta ſenſuum cauta cuſtodia fu/
giamꝰ ⁊ a nobis elōgemꝰ ⁊ vicioꝝ occaſionem ampu
temus Nam ſic nihil erit in intellcū qḋ ñ ꝑus in ſen
ſu Et ſi fons obturatus fuerit claꝝ eſt ꝙ riui ñ fluēt.
Opꝫ ḡ hoīem elōgare ſe ab ōni occaſiōe vicioꝝ quēad
modum ſenes troye dixerūt. Helenam fugari oꝫ ab
iīcientes em̄ eam minꝰ peccabimꝰ teſte ariſto.ij. eth.
Sic ⁊ nes q̄ōlibet circa quod turpiter oblectamur ab
iīcere opꝫ vt nec ſit in memoria Alioq̄n pñte delecta/
bili vix ſalui erimus. Obiectum em̄ mouet ſenſum.
ſenſus intellectum. Hinc illud angelicum ſcimus.
Fuge tace quieſce ſi vis ſaluus eſſe. Et hoc pro regula
ſeruetur Ut q̄ñcūqꝫ ſe ſentit in aliq̄ delectari qḋ ad
vicium tendit ꝯtrarium ſibi aſſumat Ut ſanctꝰ Bñ
dictus vbi carnis delectatioēm ſenſit vepꝛibꝫ ſe inie
cit. Sic alter amara pro dulcibꝫ ſumpſit Nam ⁊ Ari
ſto. docet Q꞉ ꝑ h hō deuēit ad mediū ꝟtutis qñ ſe tra
hit ad oppoſitū eiꝰ. ſicut tortuoſa ligna ſi rectificari
debēt opꝫ ꝙ violēter ad oppoſitam ꝑtem trahantur
Nō tñ ꝟtutem vltra medium poniꝰ ſed nimiū omne
cum Auguſtino execramur. Tertiū ꝑncipale remedi
um ⁊ ydoneum ꝯtra oīa vicia āt ytodū ē repſſio ⁊ caſ
tigatio ꝓpe carnis vigiliīs ieiuniīs ⁊ diſciplis ne inſo
leſcat ⁊ ſpūi rebellizet. Nam ad carnem ſpūi ſubiugā
dā ñ ē efficatior via. q̄꞉ afflictio ⁊ ſubtractio volupta/
tū. ſicut in expugnatiōe caſtroꝝ fortiſſimū remediū eſt
ſubtractio victualiū vt fame tādem victi hoſtibꝫ ſe
tradant. Sic paulus egit q̄ ait Caſtigo corpꝰ meum
⁊c. Et eſt hoc remedium vt plures aiunt tante neceſſi
tatis vt niſi hoc ꝑmitus attemptatum fuerit fruſtra
alia remedia aſſumūtur. Fiat tamen caſtigatio hec
diſcrete O q̄꞉ ſuaue eſt ſpūi tali cohabitare carni ī lā
⁊ in eo eſt bñplacitū dei cum nō fuerit mulier ſed ca/
ro litigioſa Uere duꝝ eſt ꝑuſqꝫ pax hec obtinet̄. ſed
nil carius cum obtinetur. ¶ Tunc
in domo pacifica iuge eſt conuiuium ⁊ leta cohabita
tio iocunda ſicut muſica in conuiuio vini. Sꝫ dulcia
ñ meminit q̄ nō guſtauit amara. O hec remedia iuuēs
agamꝰ vt poſt (ſenes) de victorie triūpho gaudeamꝰ

¶ Remedium ſcripture. §.iij.

Sed iam radicibꝫ ⁊ occōnibꝫ vicioꝝ ꝑ ſupiora re/ F
media reſecatis apponēduꝫ eſt remedium q̄ ⁊ in
ter belli ꝯflictꝰ vtamur. Et h eſt vt vult B. q̄ntuplex
ꝟbum de ſcp̄ture torrente inſtar dauid mãuforꝛ꞉ bel
latoꝛ꞉ collectū. in vaſe memorie repoſitum lōganimi
tatis appoſita funda. Sūt āt ꝟba iſta.

## Verba minās. ſpōdēs ⁊ amās. exemplat ⁊ orans.

Verbū ꝯminatoriū. ꝓmiſſoriū. amatoriū. exemplati/
uum. oratorium.

vt ꝯſideres
- q̄nta ꝯminetur deus mala
- quanta promittat bona
- q̄nta exhibuit charitatis indicia
- q̄꞉ multa ꝓpoſit ſanctitatis exempla
- q̄꞉ orō efficax ſit valida.

¶ Hec ꝟba ſibi aſſumat q̄ſqꝫ de viciīs triūphare
exoptat. Mox em̄ vt vicium mētem pulſat. ſi diuinas
ꝯminatioēs expaueſcas ſi ꝓmiſſiōes deſideres mitiꝰ
hēbis. Q꞉ ſi venerit in mentem dilectio illa tam inef
fabilis quā tibi ds̄ maieſtatis exhibuit. nōne vicium
om̄e ꝑcul abcedit? Q꞉ ſi adhibueris ſcōꝝ exempla ſine
vt a facie ignis diſſipātur ⁊ liq̄ſcūt vicia Jam ꝟo ait
bnar. ſi forte inſurgēte ſubito vicio nihil ex his que ꝑ
diximꝰ apphēdere queris manꝰ tua. toto feruore ad e
am ꝯuertere q̄ ſola reſtat orōem. ⁊ ꝯtinuo auxilio ti/
bi ds̄ erit Ecce hec latius dixiꝰ de remediīs ⁊ modis vi
cia expugnādi qm̄ hec pluribꝫ videmꝰ neglectum eſſe.
Studēt plures obſuare cerimōias ⁊ mōachica ſtatu/
ta. ⁊ vbi hec fecerint ſalua arbitrāt̄ ſibi ōnia. ⁊ de his
viciīs mētalibꝫ expugnãdis ē eis poſtrema cura Sꝫ
nō ſic prēs noſtri nō ſic. q̄꞉ vnꝰ dixit. Bonū ē pſallere
⁊ ſtatuta ſuare. ſꝫ q̄ vicia expugnat de is de mit dat
ſpec onder de kiſt ghaer.

¶ Practica meditatoria ſup viciīs ⁊ ꝟtutibꝫ ſub
tropo duaꝝ alarum. Ca.v.

D Ate ſt̄ mulieri ale due magne vt volaret. a G
pocal'. xij. Poſſeꝰ iā finē dare vicioꝝ extirpa
tiōi Habūde em̄ iā de ea ē diſputatū. ſꝫ opꝫ
ꝑmūvt q̄ ꝓmiſiꝰ abſoluaꝰ Dixiꝰ āt nos poſitos mod
quēdā meditādi ſup viciīs ⁊ ꝟtutibꝫ ipis. q̄ modꝰ qm̄
plibꝫ ē igtꝰ iō ⁊ a pauciſſimis frequētat̄. q̄rū ei quēqꝫ
iam dabis q̄ hmōi meditatiōi incūbat O pe ꝑciū q̄ ex
iſtimamus modū aliquē aſſignare. ¶ Sciēdū ita

qꝫ ꝙ venerabilis ille Johannes de gerſona in libro ſuo de miſtica theologia docet vnam practicam meditatiōis. Huic pſertim generi de vicijs atqꝫ virtutibꝫ ſingulariter ↄgruentem. Maxime em̄ inter diſparia locū habet. Et eſt iſta praxis. vt ſcꝫ diſcamꝰ et nos alas miſticas fabricare. qbꝫ de ymis ad ſumma de inſcitia viciorꝫ atqꝫ ꝟtutum ad eorūdem cognitionem ſubleuemur. Cuiꝰ inſtitutis ꝛ nos edocti duas hic alas pōemꝰ. dextram. ſ. ꝟtutis viciꝗ āt ſiniſtram Quibꝫ ſi volare. in qbꝫ ſi nos exercitare voluerimus nō parꝫ in ꝟtutum ac viciorꝫ ↄgnitiōe ac ꝑ hoc in viciorꝫ odium amoremqꝫ proficiemꝰ ꝟtutum. He em̄ videnꝭ typice eſſe ille ale date mulieri. ſcꝫ eccl'e. vel cuiqꝫ anime fideli. a dracōe viciorꝫ. ſ. infeſtatiōe inſecure qbꝫ ꝛ boſtē euaſit. ꝛ ad deſertum pacem. ſ. cordis deuenit. ꝛ peperit prolem ꝟtutum.

¶ Q quecūqꝫ es igitur o anima fidelis mulier fragilis ꝛ mollis aer ꝛ nihilominus a dracone infeſtata viciorꝫ eſtu afflicta q̄ cupis hoſtem euadere ad cordiſ puritatem pacemqꝫ ꝑuenire ꝟtutum parere prolem Has tibi miſticas alas inſtar eccleſiaſtice colūbe apponere curato ꝛ venīēt tibi ōnia bona pariter iam dicta Eſto igitur columba ꝛ inſtar cherubyn duabꝫ alis volare ad cauernas macerie ſtudeto. vt ſic mala ciuitatum euadas. ꝛ illic caſtos abſcōdas ꝛ nutrias pullos Ad hoc em̄ in canticis inuitaris vbi ſpōſus ait. Ueni columba mea Ueni de libāo ꝛc̄. Harꝫ alarum deſiderium habuit magnus ille dauid dum pia q̄dam exoptione clamabat dicens. Quis dabit mihi pēnas ſicut columbe. ꝛc̄. Harꝫ āt alarꝫ hec diſpō atqꝫ ordiā tio erit. Habebit nempe queuis ala pennas deargentatas argento eloquij ſacri. Integrabiturqꝫ penna q̄libet ex tot pennulis circūpoſitis q̄t ſub vnaq̄qꝫ ſumi poſſunt ꝑticulares meditationes. Plume aūt qbꝫ ꝛ penne ꝛ pennule ꝓceſſu temporis depoliri debent. ſunt ſacre ſcripture ꝟba doctorꝫ ſcripta ſanctorꝫ fc̄ā ꝛ exempla. ſeu que ꝓpa adinuenit induſtria. In hijs namqꝫ fere totum quod meditari poteſt eſt deprehenſum ꝛ incluſum.

. §. i.

PRo q̄rꝫ tamen alarum intelligentia ampliori nota ꝙ inſtar materialium alarꝫ habent in ſe Pennas id eſt principales quaſdam diſtinctiōes ſeu pūctuationes vt ſunt diffinitio diuiſio. ꝛc̄. Pēnulas quoqꝫ habent q̄ ſunt maiorꝫ pūctorꝫ ſubdiuiſiōes. vt circa ↄmēdatioēm ſubdiſtiguūꝭ varia mēbra. ſ. ſcriptura nat'a exempla. ꝛc̄. Plume ꝟo q̄ huic ale deſunt ſunt varia doctorꝫ ſcripta auctoritates ꝛ exempla. q̄ erūt circa ſingl'a ꝛ magna ꝛ ꝑua pūcta aggreganda Exempli cauſa ſi de caſtitate cogitare velim Primo eius diffinitio ꝛ diuiſio tāqꝫ penne ↄſiderande occurrūt. diuiditur āt hec caſtitas in ꝟginalem vidualem. ꝛc̄. Pēnule ſunt que ſi ↄiter ꝑ exempla ꝛ ſcripta declarare ꝑgo. q̄ſi plumas pennulis appono Uñ liquet ꝙ qui hoc ꝓceſſu volet meditari poſſet fere oīm ſcōꝝ ſcripta ad alas reducere Unicuīqꝫ igitur aīo eſt in virtutum ac viciorꝫ cognitione illuſtrari. in corꝫ eradicatione ꝓficere. ꝛc̄. hoc ꝓceſſu ſtudeat de his meditari Et ſi in ꝑncipio mox neſciat ſcōꝝ ſcpta auctoritates ꝛ exempla tāqꝫ auicula recēs orta plumis carens ſaltē pennas aſſumat ad ſacre ſcripture ſiluā accedat magnas illas apprimeqꝫ plumatas volucres attēdat ꝛ ex earꝫ nidis vel aliq̄s ſaltem interdum plumulas a le ſue apponere curet. Hoc eſt breuiter dicere. Quicquid ſtuduerit aut in ſanctorꝫ patrum libris legerit. mox hoc ad ſue meditatiōis alam applicare ſtudeat aſſignando videlicet vel retinendo. Et ſic i breui multum proficiet nimis.

## ¶ De ꝓediſpoſitione añ volatū

. §: ſcd̄s

SEd in hoc quemqꝫ p̄monitum eſſe oportet vt anteq̄ꝫ volare velit videat ne habeat alas aqua vel viſco infectas ꝛ impeditas Quod ē aptius dicere Preparationem cordis ante meditatioēm opꝫ ꝑire Preceant igitur iſti gradus. ſcꝫ.

**Expurgatio qua animus purgetur**

a distractiōibꝫ / peccatis / paſſionibꝫ ꝛ h ꝑ cordis ꝛcollectioēm / petōꝝ ↄtritioēm / hūilē ↄfeſſioēm

**Oratio qua petas vt**

rō illumínetur / mēoria inoueꝭ / affectꝰ iſlāmeꝭ ꝛ had intelligendum / ſcp'tas mēorādū. / viciorum odium et / ꝟtutes diligēdū.

## ¶ Sequuntur ale virtutum ꝛ viciorum. . §. tertiꝰ.

**Quis dabit mihi pennas ſicut colum be. et volabo ⁊ requieſcam. p̄s.**

**Ala dextra virtutis ſcz cū deſiderio virtutꝫ acquirende.**

| Pēne ſunt pū cti principales | pēnule ſūt ſubmēbratōes | plume ſunt hap̄ ꝓſecutōes |
|---|---|---|

Diffinitio q̄ pri mū ꝯſideres — qd ſit — nomine / re / diffinitione

Varia q̄ſtio vtꝝ ſit ṽtus — ſūma vel ima — vt tho. ⁊ cete ri docent

Diuiſio in — ſpecies / differentias / ptes ſubiectales

**Filiatio qua videas quas de ſe virtutes gignat.**

Cōmendatio q̄ ad ṽtutē allicimur — vl̕ ꝑ — Aloquīj ſacri auctoritatem / doctoꝝ ꝑconizationem / nature doctrinabilitatem. / multoꝝ exemplaritatem. / figuram vel ꝓbabilitatem. / acceptabilitatem. / effectus ⁊ vtilitatem / premij ſublimitatem

Promotio vel pro vectio ſcz — ꝑ — impedimentoꝝ amotiōem / remedioꝝ adhibitionem

Gradatio q̄ ſcias — in quo ṽtutis gradu ſubſiſtas / q̄ꝫ ꝓpe vel longe ṽtuti appias

Ex ſignis ꝯiectu|ratio vt — ſic de internis indices ꝑ ſigna externa.

**Ala ſiniſtra ſcz vitij cōtrarij cum deſiderio vitium exterminandi**

| Pēne qꝫ pū cti principales | pennule ſbmēbratōes | plume ſunt auctas ⁊ exēpla cir ca ſingula. |
|---|---|---|

Diffinitio ⁊ illa varia eſt — .ſ. — magiſtralis / viſualis / deſcriptionalis

**Queſtio diuerſa que multipliciter variat̃.**

Diuiſio in — ſpecies / dr̄ias ⁊ ptes

**Filiatio qua cognoſcas que de ſe vitia ꝓducat.**

Deteſtatio q̄ a vi tio auertimur — qꝫ — Scriptura deteſtatur / a ſanctis vituperatur. / natura illud horret / exempla diſſuadent / rebus vilibus ꝯpatur / a cunctis execratur / vilitas ⁊ damnoſitas / penalitas vitandū docet

Deiectio vel Expugnatio — ꝑ — occaſionum ſubtractionem / remediorum appoſitioneꝫ.

Gradatio ſm̄ triplices ſtatus — ſcz — Incipientes / ꝓficientes / perfectos

Signatio q̄ſ per ex terna ſigna — q̄ꝫ in te vitiū dn̄et̃ dep̄ prehendis.

¶ Harum alarum miſticarum vberi or declaratio. Et practica eis vtendi

I

Hee ſunt miſtice ale quibꝰ inter vicia virtuteſqꝫ eſt intervolandum.

In quoꝝ meditatione q̄ hoc ꝓceſſu inceſſerit nūq̄ꝫ ei copia deeſſe poterit meditationum. Nihil quippe puto aut in ſcripturis ſacris aut etiam in doctorum ſcriptis de vicijs aut ṽtutib⁊ repibile. quod non ſub ale pennis vel pennulis complectatur. Quiſq̄s igit̄ circa virtutum ⁊ vicioꝝ cognitionem illuſtrari voluerit libellum ſibi aut manuale quoddam colligere poterit In quo ſ̄m huius ale ꝓceſſum poterit aggregare ⁊ colligere q̄cq̄d aut de vicijs vel ṽtutib⁊ vel legere ꝯtigerit aut audire. Noui q̄ ita fecerūt ⁊ ḡ ſemper in promptu tum meditandi tum etiam p̄dicādi ⁊ diſſerendi materiam habuerūt. Suadet ⁊ itidem venerabilis magiſter Jo. gerſon. in de miſtica theologia vndecima ꝯſideratione ſcd̄e p̄tis. vbi docet alas has fabricare Et qui hoc modo volet pennas aut pēnulas has plumis ſcripturaꝝ adornare ille potiſſim̄ debet ad ſequentium libroꝝ autores accedere ⁊ inde eas aggregare Scꝫ in p̄mis Juxtā gerſoēm ad ſummam virtutum ⁊ vicioꝝ. Item ad ſpecula moralia vincentij beluacen̄. In q̄b⁊ abūdātiſſima pariter et deuota materia de moralib⁊ habetur. Item ad dietam ſalutis ⁊ hmōi Qꝫ ſi q̄s in commendatione vel deteſtatiōe ſcripture auctoritates exoptat. Nōne autorale Repertoriū biblie Cōcordātie item biblie plene eas tradūt. Qꝫ ſi ſcōꝝ dicta volet. Floꝝ māipulum. Pharetram doctoꝝ adeat. De ceteris ṽo. Profectꝰ religioſoꝝ Item libellum beatꝰ vir intitulatum Anthonini ſummas reqrat.

¶ Sed hoc notatu digniſſimū Qꝫ q̄ꝫuis has alas q̄s habeat plumis ⁊ pennulis ornatas ⁊ ſi cogitauerit iſta intellectu ⁊ ſe nō in alta librare ſtuduerit affectu, nō volare dicēdus eſt ſed ſtrutioni ꝯpādus magis, habet nempe vt aiūt ſtrutio magnas alas ſꝫ paucos vel nullos exercet volatus. Quare et ypocrite et vanaꝝ laudum cupidi iuxta gregoriū aſſimilari ſolent. Sic plures ſciētiam hn̄t. plumas auctoritatuꝫ ſcripture aſſumūt. nō vt affectu volēt ſꝫ vt alijs ſcioli videātur. Qd̄ vt euitet̄ nitat̄ hō iſta cogitās intellectu aſſignatos circa alam volatꝰ affectuoſos exercere. Ut ſcꝫ vbi cogitauerit ṽtutis alicuiꝰ diffinitiōeꝫ diuiſioēm ꝯmēdatioēm mox ad ſingl'a in affectuoſam ꝓſiliat orōnem dicēs. O vtinam dn̄e Jhū q̄ dediſti mihi huiꝰ ṽtutis in te exemplū. dones ⁊ mihi cā aſſequēdi auxiliū Hic em̄ eſt q̄ colūbinas has alas dixerimꝰ nō alterius cuiuſpiā auis Ipa em̄ eſt q̄ gemere ſolet. Uñ inter volādū aut inter iſta meditandū ita te gerere debes vt cum rege dicere poſſes. meditabor vt columba crebros ſcꝫ ⁊ affectuoſos gemitꝰ emittendo vt ṽtutem de qua meditaris acq̄ras ⁊ vicium oppoſitum deuincas

¶ Sed poſtq̄ꝫ diu volatū fuerit hmōi meditatiōe ad regem tandem eſt deueniēdum q̄ eſt dn̄s Jheſus chriſtus ob quem eſt volatum Ipſe em̄ eſt terra deſiderabilis rex q̄s optabilis in quem oīs conatꝰ noſtri ꝯtendūt. Ut ſicut volatꝰ ab eo incipit conſiderādo in eo ṽtutis exemplum Ita ⁊ in eo deſinat hūilr̄ efflagitando eius ſubſidium Unde pn̄t ſubſequi iſti gradus ſcꝫ ¶ Obſecratio qua cum

affluētia deſiderij ꝓmiſſioēꝫ auferri viciuꝫ
ꝯfidētia ſpei ꝑ paſſioēm petas
aſſiſtētia p̄ōcinij ſcoꝝ p̄ōcinijs elargiri ṽtutē

Et quia non eſt dignus dandis niſi gratus fuerit ſuper acceptis. Seq̄tur ¶ Grāꝝ actio q̄ grās agas

meditationib⁊ ſanctis habitis
pro deſiderijs affectuoſis conceſſis
exemplis datis ⁊ p̄ōcinijs impenſis.

Et ne a ſpe lata in ardua defrauderis ⁊ ne inania ſit oīa p̄ora. vnū r̄ſtat vt ſequēte gradū ſcādas

Reflectio q̄ aīa ad ſe
ſuā pigriciā ad cognita implenda exercit꜠
reuerſa ſup actꝰ ſuos ne a ꝓpoſito exorbitēt inuigilet
ſi ꝓficiat i ꝓpoſitis aut n̄ ſepe ꝯſideret

Et q̄tiēs ſe exorbitaſſe defeciſſe declinaſſe a ꝓpoſito ꝺ ꝑhēderit pn̄iam agat ꝓpoſitū innouet viriliꝰ ſe bello accigat. ⁊ ad illa reliqua ſupra memorāta exercicia ſe diuertat. Ut ſic oīm vicioꝝ paſſiones poſſet deuincere ⁊ in veris ṽtutib⁊ ꝓficere

¶ Quō iugiter exercēdū ꝑ ſeptenas. et de ordinatiōe ſeptenarū

Ca. vij.

Qui intinxerit digitum ſepties aſꝑget cōtra velum tabernaculi Leuitici quarto K

Sꝫ q̄ velit vicia plene ⁊ citiꝰ deuicere ⁊ in ṽtutib⁊ ꝓficere huic oꝫ vt q̄dam ait iugi exercitatiōe circa hmōi exerceri. Paꝝ em̄ ⁊lēte in hmōi ꝓficiet q̄ ſe n̄ inſtāter circa hec exercitauerit hic n̄ ſufficiet ṽo decertatori icdū meminiſſe ṽtutū ⁊ vicioꝝ. ſꝫ vt plene altare mētis expurget ſeptē dieb⁊ oꝫ vt illō expiet iuxta leuiticū p̄ceptū Et ſi ṽe hoſtes ſuos ꝺꝑhēd̄r volꝫ ſeptē dieb⁊ vt eos inſequat̄ oꝫ. Et ſi funditus muros iericho cadere volet ſepties circuire debet. Grandia ſunt ⁊ innūera ſeptenarij numeri miſteria ⁊ lōgum eſſet adducere vniuerſa. hinc tranſitis eis deſtinatū exercitiū breuiter explicāduꝫ

Opʒ ergo eũ q̃ vere velit extinguere vicia ⁊ in virtuti
bꝫ ꝑficere crebram haꝝ mẽoriam agere ĩdefeſſe pro
his exorare qđ optĩe fit ꝑ exercitiũ ſeptenaꝝ in quo ſe
plures exercitauere ſancti. Vt ſcʒ ẜm ſeptẽ horas ſep
ties ꝑ diuerſis ſeptenis reſpectũ tñ ſp̄ ad principale
viciũ aut ṽtutẽ hñtibꝫ intẽſius oret ſicut docet Bõa/
uẽtura Et hoc videt̃ innuere auctoritas p̄miſſa cũ dr̄.
Nũ intinxerit inq̃t digitũ. cordis ſcʒ puritatis auidꝰ
de vicijs aut virtutibꝫ modis dictis meditãdo h̄ ei ñ
ſufficere debet. ſʒ ſepties aſp̄get cõtra tabernaculi ve
lũ h̄ ẽ ſub ſeptẽ horis corã deo aſſiſtẽs ꝑ his orare dꝫ
⁊c̄. Et qm̃ plures repiunt̃ ſeptene iõ eas ſic ordinauiꝰ
vt ad principale intentũ reſpectũ habeãt. ſ. ad viciũ
euellẽdũ ⁊ ad inſerẽdũ ꝯtrariam virtutem ⁊ ꝙ ſingu
lis diebꝫ cõtra ſingulare viciũ debellãtes ſingularia
in ſingl'is horis petere habemꝰ auxilia Verbi gratia
Feria ſcḋa cupis expugnare ſupbie vicium ⁊ ꝑficere
in contraria virtute ſcʒ in humilitate vt hoc valeas
habes petere ad matutiñs Baptiſmi ſacr̃m tã q̃ ſup
bie eradicatiũ. Ad p̄mas fidem Ad tercias Timorꝫ
donũ ⁊ ſic de alijs vt infra aſſignatum.

¶ Quomodo aũt his ſit vtendum ⁊ qualiter nõ in
tentioni pſalmodie officiant ſed ꝑficiant magis ſu/
pra in fine chiropſalterij ẽ declaratũ folio
Et licet ꝯplures alie ſeptene poni poſſent tamen ve/
rentes ne multitudine inexercitatos terreremꝰ poſui
mꝰ tantũ magis vſitatas. De quaꝝ laudibꝫ effectibꝫ
ꝯcordantijs ꝙ infra diſſerendum. Non abnuas que
ſo o docte non horreas o ſimpliciane exerciciũ iſtđ.
Nam ⁊ magni in hoc ſe exercitauere. Et gerſon ſorori
bꝫ id tradidit exercendũ.

## Sequuntur ſeptene.

| | | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | | | | hic tenebre fu/ gantur | lux exoritur | ſpūſſcūs da tur. | ſol in altum ſcandit | refectio para tur. | operarij remu/ nerantur | impij i carce rē tradūtur: |
| | | | | | | Ad matutī. | Primas | Tertias | Sextas | Nonas | Veſperas | cōpletoriū |
| | vij. peccata | ſeptē petitō | ſeptem effu | vij. verba. | vij. ordines. | vij. ſacramē | vij. virtutes | vij. dona | vij. beati | vij. virtu | vij. dotes | vij. pene. |
| | mortalia figu/ rata per ſeptez capita dracōis z ſeptem gen/ tes A quibus auertendum. | nes orōnis dn̄i ce ſignate ꝑ ſe ptem tubas et ſeptem ſigna/ cula ꝑ q̄s oran dum cum affilu entia deſiderij | ſiones ſanguis xp̄i ſigte ꝑ vij. i tinctiōes z aſꝑ ſiones cōtra ve lū tabernaculi: per que orādū cū confidentia ſpei. | chriſti in cruce quaſi ſeptē to/ nitrua in apo/ calypſi. per que orandū cum cō fidentia etiam ſpei | ſcōrum quaſi ſeptem ſpiritus ante deū. ꝑ q̄s orandum cum aſſiſtentia pa/ trocinij | ta ſignata ꝑ ſe ptem lotiones naaman z ſep/ tem riuos ior/ danis orādo vt purgent vitia. | principales ſi/ gnate ꝑ ſeptem filios iob q̄ do/ cent agere recte | ſpūſſci q̄ vij ocl'i ſup lapi dē vl' agni. q̄ faciunt ope/ rari expedire | tudines qua ſi ſeptez gra dus aſcēſus z. vij. panes que faciūt o perari ꝑfcē | tes vitijs ſep tez oppoſite ſignate ꝑ ſe ptē colūnas z. vij. baſes. que deuictis vitijs operāt contrarie | patrie quaſi ſeptem lucer ne z. vij. ſtel le q̄ remune/ rant in patria | inferni quaſi ſeptē phiale z ſeptem pla ge nouiſſiē q̄ faciūt declia re a malo |
| | Superbia q̄/ niam per pre/ cepta prohibi/ ta vitande eſt. | Contra ſuper/ biam pro virtu te humilitatis ora per petitio nem orōnis do minice. Libera nos a malo | Obſecra ꝑ ſan guinis effuſio/ nem in corona tiōe ſpinati ca/ pitis ieſu | per verbū quo q: in cruce bo/ die mecum eris in paradyſo | per ſcōrū quo q: angelorꝫ hu militatem qua ſuperbo lucife/ ro reſtiterunt | pete ſacramen ti baptiſmi q̄ſi cuiuſdā medi/ camenti effica/ ciam | Fidei quoq: vir/ tutem ad recte z pie credendū | Timoris e/ tiam donū q̄ mentē pre mit ne ſe eri gat ꝑ ſupbiā | beatitudinē in ſup paupta/ tis ſpūs que tumorē pel/ lit inflatiōis huic paupta ti regnū pro mittit celorꝫ | humilitatez ſupbie oppo ſitaz z xp̄i p̄ cepto z conſi lio mādataz | viſionē quo/ q: ſumme ve ritatis q̄ red ditur humili credulitati. | pete vt viſio nem demo/ nū horrēdaz euadas atq: aſpectū ter/ ribilē qua ſu pbi ſue vilita tis grāi puniēt |
| Fe. ij. f | aſtus. | vt abſq: ma lo | caput. | hic hodie | petis āglos. | Baptiſ. | fides. | timor. | egentes | humi. | viſio | viſus |
| | Irā prohibita per preceptum dei. Non occi/ des. | Contra hanc pro virtute pa cientie ora. ne nos inducas i temptatiōē m. | Obſecra ꝑ ſa/ doris ſāguinei proflauiū con/ tra ebullitionē ſanguinis cir/ ca cor que iraz cauſat. | per verbū quo q: in cruce heli heli lamazaba/ thani quod ſūſ me fuit pacien tie. | per patriarhas quibus omnis ſalus in pacien tia | pete vnctionez extremam que iram leniat | Spem quoq: lō/ ganimiter ad/ uerſa ſpei mer cedis ſuſtinere facit | pietatis do/ nū q̄ mentis lenitatem o perat z pla/ corem | mititatez q̄ omnem mē/ tis rancorez tollit z aſpe ritatē cui in premiū terre poſſeſſio ꝑ uatur. | Patientiaz que ire oppo nitur. q̄m a deo mādata z ſuaſa | Tentionem ſumme pacis que dos i pa tria. ſpei hic pacienti ſuc/ cedit | vt vermē illū infernalez e/ uadas q̄ mē tes litigioſas corrodet. |
| Fe. iij. i | ra | nec inducas | ſudat. | ſed heli. | patriarchas. | Vnctio. | ſpes | pietas. | mites | paci | tentio | vermis |
| | Inuidia per p̄ ceptum diui/ num Non f alſum teſtimōi/ um dices. pro hibita. | Contra inuidi am ꝑ vtute ca ritatis ora. Di mitte nobis de bita nr̄a. inuidia enī debita z of fenſiones tenꝫ | Obſecra per ſā guinem trāſlā/ ceati vel aperti lateris ieſu qua ſi de cordis aō/ re profluentis | ꝑ vbū p: igno ſce illis. q: ne/ ſciunt quid fa/ ciunt. quod ſū/ me charitatis. | per ſcōrꝫ apl'o/ rum interuen/ tum z merita i quib' ſūma ca ritas relucet | Euchariſtie pe te ſacramentuꝫ quod amoris z charitatis fo/ mentū optimū eſt. | virtutē charita tis que proxios propter deum amat | Sciētie do/ nuꝫ qd dolo rem z ꝑ pro ximis appo/ nit. | luctū etiā ꝑ proximorꝫ petis z cala mitatibꝫ vt promiſſaꝫ lu genti cōſola tionem aſſe quaris. | dilectionē ꝑ ximi z etiaꝫ inimici: q̄m p̄cepto chri ſti mādata z ꝯſilio ſuaſa: | Fruitiōis ſū me bonitatis dotem q̄ cha ritati ꝑmit/ titur. | vt inconſola bilem fletuꝫ infernalem e uadas ex ſu mo ignis il lius cauſatū |
| Fe. iiij. i | nuidus | vt noſtris. | latus. | ignoſcas. | ſed apoſto. | Hoſtia. | chari. | ſciens | luctus | ſꝫ amans frui | | fletus |

| | | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | Accidia p dei pceptū de sci ficādo sabba to ꝓhibita | Cōtra accidi am ꝓ virtute fortitudis o/ ra panē illū q̄ ridianū q̄ sͣ ciaris ꝛ ꝯfor/ teris. | Obsecra p sā guinez sacro rū pedum q̄ nunq̄z pigri pro nostra sa lute. | per verbū il/ lud Consum matum ē qd fortitudis fu it et cōstātie | Per sanctos martiresqui nulla accidia victi vsq̄z i fi/ nem perseue rauerūt | pete cōfirma tiōis sacram̄ tum quod ro borat ꝛ mor/ bum corporꝫ curat. | Fortitudinis virtutē q̄ agi lez facit ad o perandum et fortē ad pati endum | donum forti/ tudinis quod ad optia mo litur etiaz nō mandata | Esuriem q̄z ꝛ sitim insti/ cie oēz accidi am pellentez cui satietas ꝓ mittitur | virtutē quo/ q̄z feruorꝫ spi ritus accidie oppositā per obie ꝛ confor mitatis opa suasa a domi no. | Agilitatꝫ do tem que i pa tria promit/ titur nō acci/ diosis nec pi gris | Ut infernale illud frigus e uadas: qd il lic cōstringet a bono cos q̄ hic accidiosi operari nolu erunt |
| Fe.v e | ſpiger | ut panez. | pede. | cōſūmāſ. | peto mart | Confir. | fort. | fort | esuriens | · feruens | agi | frigus |
| | Auaritia per diuinū pcep/ tū. nō furabe ris. nō cōcu/ pisces rē pri/ mi probibita | Cōtra hāc a uaritiā ꝓ vir tute paupta tis ora. Fiat volūtas tua. beneplacēs ꝛ perfecta | Obsecra per sanguinem manuū ꝯcla/ uataꝝ q̄ nun q̄z peccati clau se. | per verbum quoq̄z pater in manꝰ tu/ as cōmendo spiritum me um. | per sctōs con fessores ꝛ mo nachosq̄ om nia relinquē/ tes xp̄z sunt secuti. | Sacramētū pete ordis q̄ omnia relin/ quūtur ꝛ deꝰ in sortem ꝛ p tem heredita tis sumit | virtutē iusti/ cie que sua v/ nicuiq̄z reddit nō aliena vt auaricia diri/ piens vel te/ nens. | Consiliū do/ nū quod pro tpalibus et/ na mercatur habere the/ saurum in ce lo terrenis re lictis suadēs | misericordiā quoq̄z q̄ necel sitatibꝫ ꝓxio rum subueit que misicor/ diaz sibi pro missam ꝯseq̄ tur. | virtutē quo/ q̄z ꝯtemptus diuitiaꝝ. que opponitur a/ naritie ꝛ a do mino suasa ē in euāgelio | Impassibili tatis dotem quaremune/ rat quē nulla auaritie pas/ sio affecit | vt ignē inexti guibilez eua das. q̄ auari cia isatiabilis hic ardentibꝫ dabitur |
| Fe.vi. | ſ cupidꝰ | fiat | māibus. | pater in. | peto cōfes. | Ordo | iust | cōsil | mise | liber . | passibil. | ignis |
| | Luxuria per preceptū do/ mini nō me/ chaberis pro hibita | Cōtra quaz ꝓ virtute ca/ stitatis ora. adueniat re/ gnū tuū vt n̄ regnet per m̄ cōcupiscētie i tua carne. | Obsecra p sā guinem illiꝰ innocentissi/ mi mēbri in circumcisiōe effusum. | per verbum mulier. ecce filiꝰ tuꝰ quo nos filios ca ste mater i ca stitate seruā/ dos ꝯmēdat | per sctās spō sas christi et pudicas qui/ bus nullū lu/ xurie vitiū do minatū est | Cōiugij spūa lis pete sacr̄m tū qd luxurie expugnat vi/ tium ꝛ signū est castoꝝ in/ ter deū ꝛ ani/ mā nuptiaꝝ | virtutē pru/ dentie que p̄ omnibus car nis dlitijs ce lestes eligit voluptates | Donū intel/ lectus quo a/ nime centui tus acuit. sic luxuria obtū ditur ꝛ cheta tur. | Cordis mun diciam q̄ om ni carnalitā/ mūdicie ad/ uersatur. cui ꝛ visio dei ꝓ/ mittitur. | virtutem ca/ stitatis pete q̄ opponitur luxurie ꝛ a do mino māda/ tur ꝛ suadet. | Claritatꝫ do tez qua dota bitur q̄ tene brosas h̄ spe/ nit carnalita tes | Tenebras il las palpabi/ les vt euadas q̄ hic ipudici cūs excecatos illic torq̄būt. |
| Sab. n | ō luxꝰ | veniat. | scissus. | mulier. | peto virgo | Cōiugi. | prud | intel | cor | castus | clarus | ꝫ obscur |
| | Gula dino ꝓhibita pre/ cepto. nō ha/ bebis deos a lienos coraz me. ventrez eīn ꝓ deo co/ lere facit. | ꝓ abstinentie vel sobrieta/ tis v̄tute pete vt scrificetur in te nomen dn̄i vt vētrē nō colas | Obsecra per sāguinē i fla/ gellatione ef fusum q̄ fuit nutrimētalis | per verbū. si/ tio cuiꝰ occa/ sione fellea fu it potione po tatus. | per oēs sctōs verū deū non ventrē colen/ tes ad regnū ascenderūt p viam cōtrari aꝫ vie primi lapsus. | Sacramen/ tū pete peīnē tie qd p absti nentiā ꝛ sobe tatem in sa/ tisfaciēdo val de expletur | pete quoq̄z v̄ tutem tēpo/ rantie que si/ cut in omni/ bus cōcupis/ centijs ita et in gula ipetū restringit | donū sapien/ tie quo dū gu stantur diuia facile oīa ter/ rena ꝛ carna lia spernūtur oblcāmēta. q̄ re et gule | btitudinē pa cis q̄ xe vires aīe itra se pa cāt ac oīa ioꝛ diata dsidria ꝯcerāt cui ꝓit tit vocari ꝛ eē filiū dei | Abstinētie q̄ q̄z sobrietatē q̄ virtus ē gu le itpātie op/ posita ꝛ ven/ trē ꝓ deo coli nō sinit | Subtilitatis q̄z dotē q̄ da bitur ei q̄ per corporales ci bos ꝛ grossos ventrez gulo se nō distēdit | Fetores illos stagni sulfu ris ardentis recte illic per crapulam et coram deo et hoībꝰ sepe fe tēt etꝫ fnsiblꝫ |
| Dom. n | ō gula | scrificesq̄z. | flagella. | sitit. | petit oēs. | Penite. | temp | sapiens | pax. | frugi | subtili | fetor |

PRo haꝝ ſeptenaꝝ qualicūqꝫ declaratione no
tandū ꝙ triplices hic ſeptene ꝓponuntur.
Prime ſunt cōſiderationis q̄ ſcꝫ an̄ orōnem
ſunt ꝯſiderāde Huiuſmōi ſunt .vij. vitia cū virtutib
ꝯtrarijs:q̄ tn̄ an̄ dotes patrie ponūtur. Opoꝛtet eñ
vt q̄ deuote orare voluerit vt an̄ ꝯſideret vitij in ſe la
titantis effectū. virtutiſqꝫ ꝯtrarie defectū. Que duo
vt ꝯgnouerit oꝫ vt primo modū ꝑ vitijs vincendis ⁊
virtutib inſerendis petēdi modū agnoſcat Hic ſub
dūtur ſecūdo ſeptene petiōis modi explerine q̄.ſ.do
cent quō opoꝛteat orare.ſ.cū affluentia deſiderij per
orōnem dn̄icam cū ꝯfidentia ſpei per xp̄i ſanguinē ⁊
⁊ verboꝝ ei⁹ in cruce efficatiā cū interueniētia p̄ro
cinij ꝑ ſctōꝝ aſſiſtentiā Tertio annectūtur ſeptene
q̄ ſunt petende:⁊ hoc ſub oꝛdine quodā. vt ſcꝫ primo
petamus ſacramenta tanq̄ȝ vitioꝝ q̄daꝫ medicamē
ta vt ab eis ſanemur. deinde virtutes vt ꝑ eas recte
operemur. Tertio dona vt expedire. deinde beatitudi
nes vt ꝑfecte operemur ⁊c. Et hoc ſm̄ tp̄a aſſignata
ſm̄ .vij. horas canonicas. que tp̄a etiā miſterijs n̄ ca
rent. ſed longū eēt dicere myſteria ip̄a. De practica
aūt vtendi dcm̄ eſt ſupra. hoc tm̄ dicim⁹ hic. ꝙ ⁊ an̄
horas ⁊ ſub horis ⁊ poſt crebri⁹ talis orō poterit for
mari (mētaliter tn̄ ſi ſub horis fiat) Dn̄e cui diſplicet
oē vitiū ⁊ placet virtutis bonū. ego vitijs plen⁹ om
ni virtute deſtitut⁹, oro ꝑ orōnem dn̄icam. R. cū de
ſiderij affluentia. per effuſum xp̄i ſanguinē. R. ⁊ ver
bi in cruce efficatiā. R. cū cōfidentia ſpei. ꝑ ſcōꝝ aſ
ſiſtentiā. R. cū interueniētia patrocinij. da mihi ſa
cramenti. R. virtutē quo deuincā vitiū. R. da v̄tutē
. R. donū. R. btitudinē. R. vt ꝑficiā in v̄tute ꝯtra
ria vt ſic ꝑcipiam ꝓmiſſum p̄miū. R. euadā intēta
tum ſupplicīū. R. Amen

Recōmendatio harū ſeptenaꝝ ⁊ de vtilitate ſiue
fructu earundem Capitulum octauum

QUam aūt poſitaꝝ ſeptenaꝝ vtilis q̄ȝqꝫ
cōmoda ſit eaꝝ exercitatio. ⁊ ſi rōnib
id demōſtrare nō poſſem⁹ merito ſuffi
ciens eſſet inductiuūꝫ ꝙ magni illi viri
in hijs ſe exercitare ſolebant. Nōne ſera
phicus ille doctoꝛ Bonauētura loquoꝛ in die laudeꝫ
deo dicens pro ſeptenis pariter exoꝛabat Puto pri⁹
ipſe (exemplo ieſu) fecit q̄ȝ docuit alios faciendū Sꝫ
⁊ venerabilis ille Gerſon apte fatetur ꝙ ī hijs ſe ſo
litus erat exercitare. Vnō et crebrius meminit ipſe
harum ſeptenarū in ſcriptis ſuis. Sed ⁊ eaſdē docu
it chariſſimas ſoroꝛes ſuas. vt patet in epiſtola ad e
aſdem. Nec etiam antiquioꝛes hec ſeptene latuerūt
Hinc lux doctoꝝ Auguſti. ſuper. ſermonē domini ī
monte cōcoꝛdantias quarundam tradit. Et venera
bilis ille alter Auguſtin. hugo ſingularem deſuꝑ edi
dit tractatū. deficeret me tempus ſi ſingulorum qui
de hijs ſcripſerūt nōia edicere tēptem. Nōne docto
rum ſūme pātheologia. ſermones. poſtille. ſeptenas
vna ſonant. Patet ergo nō nouelle eſſe inſtitutiōis
harū exercitiū. ſed a patribus frequentatū. vnde ⁊ a
noſtris nō refutandū. Preſertim cuꝫ plures exinde
vtilitates oriant̄ vt patuit ſupra vbi actū eſt de mo
do frequentādi eas. Nā et inde hō ad orōnem reddit̄
feruentioꝛ fit nūc vt iam illic declaratū eſt attentioꝛ.
Mens itē fit refoꝛmatioꝛ ita vt facile fātaſmata va
goſqꝫ cogitat⁹ cohibeat q̄ ſe hijs exercitādis dare vo
let teſte Gerſone. Nō eñ huic valitudini mētis. ſ. e
uagationi efficatioꝛi medicamento ſuccurri pōt niſi
vt certas ſibi hō materias p̄figat quib vtilioꝛibus
nō occurrentib occupetur. vt docetur in ſecūda pte
collationū patꝝ collatione. xiiij. Qui aūt has ſepte
nas hꝫ illi nūq̄ȝ materia deeſſe pōt. Hinc quarto
amoꝛ virtutū odiūqꝫ vitioꝝ. imo ⁊ opatio virtuoſa
ſine nr̄o multo conatu interdū ꝓcedit. Effici nēpe ⁊
opari plerūqꝫ ſolem⁹ ſm̄ ea q̄ in mente verſamus
Tanta eñ ē vis imaginationis vt nōnunq̄ȝ talia in
opus ꝓdire cōpellat q̄lia ſepi⁹ intente app̄hendit.
Patet hoc in oīb iacob q̄ ex foꝛti vt aiūt imagina
tione virgaꝝ prius hijs ꝯſil'es .i. varij coloꝛis edidere
Hinc ⁊ Hieroni. ait Mulier q̄dam ethiopē genu
it. qꝛ picturā cōſilēm in cubiculo habuit. Sꝫ ⁊ hiſpa
ni tali vt ait arte vtūtur. Hec aūt nō ſolū in ꝑtu ſed
⁊ in alijs quibuſdā eſſe mgr̄ henricus de haſſia ſuper
prologo biblie declarat dicēs. Qui de terra eſt loquit̄
de terra. Qui ſecularia ſtudet efficitur ſecularis. Rō
qꝛ quiſqꝫ alteratur ⁊ īmutat̄ ſm̄ cōditiōes eaꝝ rerūꝫ
de quib meditat̄ ⁊ iugiter imaginat̄. Iuxta eñ na
turales medicos ⁊ ph̄os imaginatio ſenſibiliter ⁊ re
aliter īmutat coꝛpus. Adeo ꝙ quidaꝫ de medicis ve
lint ꝙ imaginatio ⁊ cogitatio aſſidua ignis ⁊ flam
maꝝ calefaciant. Glaciei vero ⁊ niuis frig⁹ inducāt.
Patet ergo ꝙ cuiuſqꝫ ſtudiū talem cuꝫ facit q̄alia
ſunt q̄ meditari ſolet. vt cui⁹ cōſideratio circa carna
lia efficit̄ carnalis. ⁊ cuius iugis eſt meditatio circa
ſpūalia efficitur ſenſim ſpūalis. Has itaqꝫ ſeptenas
tanq̄ȝ virgas oculis mentis ꝓponamus crebrius at
tente de hijs meditemur ⁊ imaginemur vt ⁊ nos vir
tutū fetus ad harū ſil'itudinē edamus. Quis oro iaꝫ
nō oblectabitur practica iſta tam facili tam ſalutari
Immo hoc poſtremo auſim dicere Qꝫ qui ſe hijs ſe
ptenis iuxta modū aſſignatū exerceret ſcꝫ pro his iu
giter orando ſupra id q̄ȝ putari poſſet in vitioꝝ era
dicatione virtutūqꝫ inſertione ꝓficiet magis q̄ȝ ſi q̄
piam altero exercitio ſe exercitaret. Diximus enim
⁊ monſtratū eſt ſupra ꝙ nullo inſtituto meli⁹ q̄ȝ gra
tia de vitijs triumphus repoꝛtet̄. Hec aūt orāti ⁊ pe
tenti dari ſolet. Oremus igit̄ ⁊ accipiem⁹ Fixa eñ re
gula eſt qui petit accipit. Nō hoꝛtaret̄ petere niſi pe
tita vellet dare. Nec ſi mox te nō exaudiri ſentias di
cas Ego quotidie oro ⁊ nullū orōnis fructum ſentio
Reſpondet tibi Bernardus Sic inquiens loquitur
humana ſtulticia nō attendens quid dicat veritas

diuina. Amen dico vobis q̃cquid orantes petit̃ cre
dite quia accipietis ⁊ fiet vobis Noli ergo vilipende
re orõnem tuã quoniã ille ad quẽ oras nõ vilipendit
eã. ſed añq̃ȝ egrediatur de ore tuo ipſe eam ſcribi iubȝ
in libro ſuo. Et vnũ e duobus indubitanter ſperare
debem⁹. q2 aut dabit qđ petim⁹. aut quod nouerit
nobis vtilius. Hec ille. Cõquieſcat ergo querela om
nis. cedat pigricia. oĩs torpor abeſto Petat ⁊ accipi
et q̃ a vitijs liberari volet. Uere dãnabilis negligen
tia noſtra. nulla nõ virtuoſo excuſatio patet. Non ad
ſudores laborare oportet. nõ maria tranſfretare. nõ
trãſalpinare pro virtutibꝫ neceſſe eſt. Noſtro in deſi
derio res hec eſt poſita. tm̃ petamus ⁊ accipiemus ſi
tñ vt oportet petamus. Ideo em̃ teſte Jacobo pleꝝ
qȝ nõ accipimus. q2 male petim⁹. quia nõ humiliter
feruenter ⁊ cõſtanter. Oremus ergo ꝑ ſeptenis ſepti
es in die laudem dicẽtes ⁊ voti cõpotes erim⁹ victo
D resqȝ vitiorum.

¶ De cõcordantia haꝝ ſeptenarum in genere Ca. ix.

Porro ſi qui poſitaꝝ ſeptenarũ ꝯcordã
tiam noſſe volent nõ hanc a me expete
re debent. Eſt em̃ res ſua ſpõte cuiqȝ pa
tula. ⁊ iam a pluribꝫ deducta. hñt trac
tatulũ Hugonis. habent in poſtillis ⁊
ſermonibus. ⁊ in pantheologia quaꝝdam ꝯcordãti
am habent Scripſit p̃terea ſuper harũ concordãtia
magiſter Joannes gerſon in cõpendio ſuo. etiã pre/
cepta ipſa ad ſeptenariũ vitioꝝ reflectendo. Et quem
añ dixiſſem Bonauentura in q̃rta pte Breuiloquij
ſui ⁊ alij ꝯplures. Sunt itẽ ſuꝑ haꝝ ꝯcordia mgr̃a/
les verſus editi ſatis vulgares. ſ. libi. timor. ⁊ paup.
⁊c̃. Hoc tñ cuiqȝ notandũ ꝙ mgr̃i in ꝯcordãdo has
ſeptenas nõ ſꝑ cõueniunt. vñ nec turbari q̃s debȝ ſi
aliter hic ſeptene q̃ȝ in quorundã ſcriptis coordinent̃
Nõ em̃ eſt incõueniẽs ſi diuerſis reſpectibꝫ eadẽ res
diuerſis rebus ꝯcordetur vel opponat̃. Unde ⁊ ipſe
Gerſon in cõcordando has ſeptenas ſecum diſſidet
ipſe. Nã aliter in Cõpendio. aliter ad ſorores ſcribẽs
facit cõcordantiã petitionũ orationis dñice cõtra vi
tia. Hoc quoqȝ noſſe volum⁹ lectorẽ ꝙ ordiauimus
has ſeptenas nõ vt cõcordent inter ſe. ſed vt reſpcm̃
E ad vitium vel virtutem habent ¶ De ſuperbia

¶ Puta hoc mõ Contra ſuperbiam ordinauim⁹
Baptiſmũ. eo ꝙ teſte Gerſon. in cõpendio. hõ ibi ſe
maxime humilet cõmuniſſimo elemẽto ſcȝ aq̃. ⁊ ꝓr/
ſus ſe ſubijcit deo. Sic ⁊ fides iuxta eundẽ q2 mentẽ
illuminat. expellit ſuꝑbiam. que cor excecat. Aut cer
te captiuũ reddere aĩm in obſequium fidei vbi ratio
deeſt. ſumma hũilitas eſt. ¶ Sic ⁊ timor q̃ mem
tem deprimit ne ſuꝑ aliũ ſe extollat. recte ſuperbiam
excludit q̃ ſuper alios extollere facit Sic ⁊ paupertas
ſpũs que vera eſt humilitas ſuperbiaȝ excludit Cui
vitio per humilitatem deuicto recte promittit̃ r̃gnũ
celorum. vbi rex erit ſublimiter regnãs qui ſe hic hu

militer ſubiecit. Et quia dos viſionis fidei directe cor
reſpondet merito ⁊ cõtra idem vitiũ ordinatur ⁊ cõ/
trarie virtuti in premiũ datur. Et quia ſuꝑbus om
ne ſublime videt in terris recte ei viſio demonis iñi/
gitur in tormẽtis. ⁊ ſic in alijs facile eſt ꝯcordantiam
inuenire Qui aũt vere in ſeptenis illuminari cupie/
rit q̃ de omni materia virtutũ ⁊ vitiorum ſibi ꝓuide
re volet. ille poterit ſuꝑ ſingulis meditabilia quedaȝ
aggregare ⁊ ſic nunq̃ȝ poſſet deficere ei materia
Ad hoc aũt valent libri Cõpendiũ gerſonis ⁊ theolo
gice veritatis. dieta ſalutis. quarta ps Anthoni. ſpe
culi moralis ps prima ⁊ hmõi ⁊c̃. Hec de practica ex
ercenda circa virtutes ⁊ vitia ſufficiant. ac ꝑ hoc de
hac tertia diſtinctione

¶ Ulterior proſecutio de correſpondentia ſeptenaꝝ F
in ſpecie.

Sed vt et ceteraꝝ ſeptenarũ quorundã inſtan
tia cõcordantiã demõſtrem⁹ quis nõ videt q̃ȝ
cõgruenter ꝯtra ſuꝑbie vitiũ petit̃ ꝑ vltiam
petionem orõnis dominice. ſ. libera nos a malo Ip
ſũ enim eſt initiũ omnis peccati ⁊ maximũ delictum
teſte ſcriptura. Quã aũt cõgrue obſecrat̃ id ipſum ꝑ
effuſionem ſanguinis capitis ſpinati facile patet. ſu
perbus enim ſuos vertices extollit. q̃ȝ etiam directe
per verbũ dñi. Hodie mecũ eris in paradiſo. ⁊c̃. ex/
pugnetur patet. ſuꝑbus em̃ ſocium in regno nõ ad/
mittit ſolus vult dñari. Sed nõ ſic domin⁹ virtutũ
q̃ docuit humiles eſſe corde. Recte etiam per ange/
los ſanctos vel ab angelis pro ſuperbie triũpho pe/
titur. Ceteris em̃ per ſuꝑbiam cadentibꝫ ipſi in hũi
litate perſtiterunt ¶ De Ira.

¶ Pro ire triumpho recte petimus Et ne nos in
ducas. Hec em̃ eſt temptatio q̃ ⁊ generaliter inuol/
uimur ⁊ facilius inducimur. Et iuſte eque ꝑ ſangui/
neũ ſudorem obſecrat̃. Ira em̃ ebullitio eſt ſanguis
circa cor. Sed ille hanc ire ebullitionẽ reppulit vnde
⁊ foris ſudauit Ire q̃ȝ cõtrariatur verbũ dñi. heli he
li lamazabathani quo in medijs pugnis. nõ indigti
onis aut iracũdie. ſed pie cõqueſtionis ꝓtulit xp̃us
Et ꝑ hoc vitio deuincendo recte adim⁹ p̃iarchas et
ꝓphetas de quibus ſepe legitur ꝙ mitiſſimi fuerunt
ſuꝑ terrã vt de moyſe ⁊ Jeremia Et abraam ait Nõ
ſit iurgium inter nos fratres enim ſumus Recte q̃/
cauſā omniū ſubſequentiū gaudioꝛum percipiebat.
Unde et tunc in exultatione ſpiritus ſ gaudioſū illō
canticū magnificat decantabat. Et quis oro poterit
vel tenuiter gaudij huiꝰ exprimere magnitudinē vbi
ſic ſe vidit electā exaltatā dotatam īpꝛegnatam. ve-
re nullꝰ hoc explicare poterit preter ſpūm q̄ effecit ip-
ſam q̄ pſenſit ⁊ tam feliciter ſenſit. Nam vt Brigide
reuelauit cum ineffabili exultatione aīe omniumqꝫ
mēbꝛoꝛum dei filiū cōcepit. Alterū precipuum gau-
diū fuit in filij eius dulci natiuitate. Nam ſi tantum
gratulabatur in conceptione. multo amplius in filij
natiuitate Bonū eīm bono additū facit ip̄m magis bo-
nū Et ſi oi pp̄lo ē ānūciatū exinde gaudiū q̄ꝫto magiſ
gauiſa credit̄ q̄ pepit illō gaudiū. ꝟe excedit oē īgeniū

Tūc eni germinās germinat iubilās ꝛ letabūda to/
tius gaudia mūdi: ꝛc. Tertiū in magoꝝ aduētu ꝛ fi/
lij adoratiōe. Sūmo eni gaudebat de ꝑrioꝝ ſalute ꝛ
dei hōie q̄ tūc vtraqꝫ videbat. Videbat eni filiū ſuum
vt deū adorari. ſe vt ei⁹ mrēꝫ venerari. ꝛ ꝓpl'm q̄ deū
neſcierant venire ad ſaluatorē. Ineſtiabilit̄ igit̄ gau
debat q̄ nūc que ſp̄ cupierat impleri cernebat. Quar
to valde gaudebat qn̄ bn̄dictū ventris ſui fructum i
tēplo offerēs grāditer a ſymeone ꝛ anna ꝓphetꝫ cō/
mendari audiebat. q̄ ꝛ eam pit̄er benedicebāt; dicen
tes vt ait Ludol. Bn̄dicta tu filia a dño qꝛ ꝑ te diu
deſideratū ꝛ multis ſuſpirijs ꝯcupitū ſalutare ſuſce
pim⁹ ꝛc. Certe tūc eni gaudebat q̄ztū filij ſui laudem
ꝛ nōis ſui famā deſiderabat ꝛc. Inenarrabili q̄ꝫ gau
dio afficiebat̄ dū fili⁹ quē perditū dolēs q̄rebat. in tē
plo inueniebat̄ ꝛ ei ſubijciebat̄. Quantū dolebat d̄ ꝑ
dito tm̄ gratulabat̄ de reīnuēto ꝛc. Gaude ꝟgo que
gaudebas dū in tēplo inueniebas. natū tuū ꝑditū.
Quintū principaliter hēbat qn̄ filiū lactabat. por/
tabat. ꝛ enutriebat. imo ꝛ qn̄ cū iam adulto coha
bitabat in vna domo. De q̄ gaudio q̄dā ſic ſcribit.
Quid glie: q̄d leticie. q̄d gaudij ꝛ exultatiōis tibi fuit
tunc o pudiciſſiā turtur. o deuotiſſiā ac ſpēoſiſſima
feiarū. dū illis tuis virgineis ac maternis ꝛ columbi
nis ocellis cernebas puerulū illū ſpecioſū forma p̄ fi/
lijs hōim ꝛ rubicūdum ꝛ candidū p̄ milib⁹ angeloꝝ
imo creatorē vniuerſoꝝ. ſic caſtis tuis vberib⁹ a ppē
dentē. reptantē ꝛc. Opinor o dña tot eum tot ſtillici
dia materni virgialiſqꝫ lactis ex ſacris vbeꝝ tuorum
fontib⁹ euulſiſſe. q̄t ſci amoris ardorib⁹ briſſimā tuā
inflāmauit vulnerauitqꝫ aiam. niſi q̄d abſit q̄ dat oī
bus affluenter tibi dūtarat extiterit parc⁹ De q̄ dul/
ci cōuerſatiōe xp̄i cū maria: deqꝫ florido lectulo vtro/
rumqꝫ ꝛ hilari menſa coꝝ deuote ꝛ pulchre Dyoniſ.
carth. ſcribit in de laudib⁹ ei⁹. ¶ Sextū p̄cipuū ma/
rie gaudiū fuit qn̄ videbat filiū miraculis ꝛ ꝓdigijs
mūdo clareſcere. veritatē diuinitatis e⁹ pateſcere ac
fructū ſalutis oriri. q̄b⁹ velut luciflu⁹ ſol int̄ nebulas
illuxit. Nōne vtiqꝫ exultare poterat in filio vteri ſui.
quē vidit nūc cecos oculos lūie claro veſtire. nūc ꝑua
tas aures vocib⁹ reſarcire. putres mortuos ſuſcitare
mare calcare ꝛ queqꝫ debilia curare ꝛ demōes effuga
re. Sꝫ ſup̄ hec oīa faucib⁹ ei⁹ dl'cia fuere xp̄i dogma
ta ꝛ ſalutaria orꝫ eloq̄a q̄ erāt ī ore ei⁹ vt mel ſuauia:
ꝛ in corde ꝯtinua Nā ſi tāto pe ꝯſeruabat ꝟba paſto
rū ꝛ magoꝝ de xp̄o vt ea in corde ꝯferret quāto āpli
us ꝟba ꝟbi ipi⁹ ꝯſeruabat rūinabat. ꝛ amabat ꝛc
Septim erat in filij reſurrectiōe quā ꝛ prima vidit.
ſic m'ltipliciter ꝓbabile extat. vidit ꝛ gauiſa fuit Nā
q̄ acerbi⁹ añ de morte indoluerat eo de reſurrectione
ḡtulabat̄ magis. Sed ſileſcāt de hoc gaudio lingue
hoim loq̄mur cōgratulādo ꝟgī linguis angeloꝝ dicē⁹
Regina celi letare ꝛc. Octauū in filij ſui aſcēſiōe vbi
pia mēs attēdere hꝫ q̄ta charitate fil' ꝛ pietate mat/
ne pietatis ei⁹ viſcera liqueſcebant dū filiū ſuū lum
oculoꝝ ſuoꝝ dilectū votoꝝ corā ſe aſcendere cerne/
bat ꝛ ita exaltatum ſciebat. ¶ Quis explicaret
illud gaudiū q̄d tunc perſenſit cor maternū. Non uꝫ
in ſpūſſci miſſiōe fuit cui interfuiſſe credit̄. vt ait ſcūs
Odilo. Credim⁹ in q̄ens eā haut dubiū q̄n mariam
gaudijs interfuiſſe aſcēſiōis dñice ꝛ in die penthecoſ
tes ſcm̄ ſpūm accepiſſe. q̄ quo copioſi⁹ in ea erat dif/
fuſus. eo ampli⁹ in ea gaudiū fuit q̄d eſt fruct⁹ ſpūs
¶ Poſtremū ꝛ oim gaudioꝝ ſūmū fuit qn̄ aſſum
pta eſt cū corpe ꝛ aīa in celū ad filij cōſeſſum. Tūc ei
e⁹ gaudiū prius fuit pfectū. Tūc eni gauiſa ē p̄ oib⁹
dieb⁹ vite ſue. Tūc ꝛ ei fcā ē maior doni collatio. ma
ior effect⁹ exaltatio ꝛ āplior cū dilcō vnio qꝛ tunc fuit
ꝯiūctio actualis. i cōceptu āt cālis. Vn̄ vt exeq̄t Al
ber: hoc gaudiū ē mai⁹ Amen

¶ Roſariū de excellenti gloria virgis in celo

Quaſi cedrus exaltata ſū in libāo ꝛc Ecc. xxiiij
Ego in altiſſimis hito ꝛ thron⁹ me⁹ in colū/
na nubis. Ibidē. Tu glia hierl'm. tu leticia K
iſrl'. tu hōrificentia ppl'i tui ꝛc. Iudit. xv. In hoc ſe/
ptio h⁹ diſtinctiōis roſario cōgrue agenduꝫ occurrit
de ſtatu hui⁹ ꝟginis quē hꝫ in celo. vt ſic etiā nūerus
ipe corrn̄deat ſtatui quē agit poſt decurſas ſex h⁹ eta
tes mūdi in patria felicitatis eterne velut felici q̄etis
ſeptenario ꝛ eterno ſabbatiſmo. Libēter āt circa glo
riā h⁹ virginis glioſe meditatione ꝛ exercitatione ē
verſandum qm̄ ſingl'ariter hoc virgini. vt ſcō Tho/
me cāthuarie. reuelauit ē gratū. Eſt q̄ꝫ exercitātib⁹
vtile ꝛ iocūdū. Nā ſic affectus validi⁹ ꝛ efficacius in
tā glorioſā virginē excitat̄. ꝛ quodāmō marie. iuxta
q̄d apl's voluit in celis cōuerſat̄ ꝛ cōmorat̄. Et q̄d
poteſt eē iocūdius q̄ꝫ cōuerſationē cū maria ꝛ oībus
ſcīs habere ī celis. Sꝫ ꝛ quiſqꝫ ꝯſequit̄ oēs vtilita/
tes illas ꝛ omia bōa que eueniūt ex meditata celi
glia. de quib⁹ agitur infra. ꝛ inſinuātur per hec vul/
garia metra. Qui ergo virgini glioſe volet cōplace/
re. bona hec cōſequi ꝛ in celis cōuerſari. ſtudeat roſa
riū iſtud de gloria glioſe virginis freq̄ntare

¶ Sequitur roſariū de glia ꝟgis glioſe

¶ De glia ꝟginis marie quo ad locū
O ertriſedēs. ſeraphi: cherubiqꝫ. thronos. dñat⁹
Princi. ptātes. ꝟtutes. arch. pcis oms
Magnitudo glie ab ornatu ꝟgis
Aureolis. ſertis. varijs. cū carne. refulges
Quare glorificata creditur carne
Parte dei. natiqꝫ: tui. ſcriptis. rōnes.
Perfectio premiorum.
En dotes. fruct⁹. act⁹. en p̄mia. ſenſus.
Gloria ei⁹ ex officio
Iā dea. iā p̄mas. cōtrix. reparans. miſeratrix
Gloria ei⁹ ex cultus celi ſingularitate.
Te c̄nus. ieſ⁹. āgelici. priarcha. prophete.

Hinc miſſi. teſtes. cōfeſſor. virgo. vel oēs
Quare etiā in terris honoratur.
b Hinc nos. cūcta colunt. q: mr̄. amās. dn̄atrix
Conformis. meritūq3 capax. facit vnio. larga

¶ Primo oñdit glīa virgis q̄ ad locū Hebrū. i.

Mi In huiꝰ roſarij duobꝫ primis verſibꝫ glīa vir
ginis a ſublimitate. vt ſic dicā loci ꝛ ſitꝰ de/
ſcribit. q: ad filij cōſeſſum ſup oēs angelorū
choros vt eccleſia canit exaltata credit. Et ideo in p̄
mis dr̄ q Poſitus ē thronꝰ mris regis iuxta thronū
regis Et aſtat regina a dextris dei ſcā dextri ſedia ma
ieſtatis. quartā p̄ ſe vt Albertꝰ vult ꝯſtituēs hierar/
chiā: ad cꝰ altitudinē alter nemo pringit Hinc eccīa
canit O glīoſa dn̄a excelſa ſup ſydera. Et Ambroſia
nus hymnꝰ Sublimis reſidēs ſupra celigenas exhe
ris oēs. Et nō ſolū loco ſed ꝛ glīa merito ꝛ p̄mio ex
cedit vniuerſos. Adeo vt q̄cquid ē glīe aōris fruitio/
nis in oī inferiori glīficata natura tā angelica q̄ hūa
na multo p̄cellētius ē in v̄gine mrē dei. Dia em̄ te/
ſte Dyoniſio inferiorū ordinū dona in ſupiorꝫ ſūt
in tanta p̄cellētia q vix eſt ꝯpatio ꝛc. Et hoc poſſ3 ex
ſequentibꝫ deduci niſi plixitas vetaret Hinc dr̄ ſe
cūdo q excedit ſeraphin. Nō ſolū vt dixīmꝰ loco. ſ3 ꝛ
merito ꝛ p̄mio. quoꝝ ꝓprietates ꝛ dona ꝛ officia i ſū
mo tenet Nā marie charitas ſeraphicoꝝ ſpūū3 erat
mobilitate inceſſabilior. ꝯgnitiōe acutior. ꝛ affcū ſup
feruidior. In ceteris etiā oibus p̄ſtans Similiter ꝛ che
rubi. hoc eſt cherubicos ſpūs an̄cedit in ſecretoꝝ oi3
ſecretiſſimā ꝯgnitiōe ꝛ ꝓprietatibꝫ cūctis Nā et p̄fe/
ctius hec deū circūdedit. Pleniꝰ oīa in deū reducibi
lia reduxit. Magis ſuos actus deiformes hoc ē ſcōs
deū effecit ꝛ oīs ſcitatis exēplar dedit. ¶ Thronos
etiā excedit in corp̄ali dei ſuſceptiōe In celſitudie am
pliori at3 regis dclaratiōe p̄fectiori Quippe q̄ verꝰ fu/
it thronus pacifici ſalomōis. In familiariori etiam
ꝯptiōe cui p̄ oibus incerta ꝛ occulta dei erant manife
ſta Et ſic p3 q ſūme hierachie choros excellit ¶ Do
minatiōes etiā an̄cedit in nulliꝰ creature ſuppoſitiōe
Que etiā ab hoſtibꝫ inuincibilior triūphans p̄ncipa/
tus ꝛ ptātes colla cōculcās antiq̄ ſpentis Itē in libe/
ralitate ſeuerior. dn̄atiōi dei ꝯformior nūq3 miſere
ſubiecta vel dn̄ans vane Sexto excedit principatus
in oim ſubiectiōe Et etiā q: primi principij imitāti/
or. in mali imunitate ꝛ boni cōicabilitate. Ad deū eti
am reducibilior q̄ de vltimo fecit primū de hōie deū
Virtutibꝫ ornatior hn̄s deformiſſimas virtutes. ꝗ.
ꝛc ¶ Septimo poteſtates ſuperexcedit in demonum
cohertiōe. tū q: ordis ꝛ dignitatis cuſtodiētior ſp an
te ꝛ poſt virginitatē cuſtodiens ꝛ demōi reſiſtēs Ali
oꝝ ordinātior q̄ p̄miceria virginū fuit Magiſ actia
ꝛ reducētior in deū ꝛc. Octauo virtutes ſupat in vir
tutū p̄fectione ꝛ miraculorum efficacia Nam ꝛ con
trarijs virilius reſiſtit. arduis intentius intendit. et
fortius tolerat mala Ad dei ſemp obſequiū promp/
tior nunq3 male tarda. Largior etiam ad inferiores
que ſe nulli vnq3 negauit Nono archangeloꝝ etiam
ꝓprietates in ſūmo hūit q̄ p̄ cunctis dōis ſupnis cōi/
cauit Magis ſup alios imo ſup oēs ex grā iuſticia.
ꝛ natura fuit Oēs q̄3 inferiores tanq3 mediatrix ma
gis in deū reduxit. ¶ Angelos etiā poſtrēo excedit:
q̄ ꝛ nobis vicinior ꝛ notior ꝛ ꝓ nobis cuſtodiēdis ſol
licitior Nō ſolū vt angeli cuſtodiēs ſingulos. ſ3 vt ō/
niū dn̄a vr̄ cuſtodit ſingulos ꝛ ſingulariter vniuer/
ſos Similiter ꝛ oēs alios excedit ſcōs in omi merito
ꝛ p̄mio ſcitatis: q̄ppe tanto p̄ ceteris exaltata ſubli/
mius. q̄to differētiꝰ nomē ſortita q̄ a nullo illuſtriū
vſpiā ſm̄ Damaſce. victa Paucis trāſcurrimꝰ iſta
q̄ longiꝰ ꝓſequi poſſent Deducūt de ſinguloꝝ choro/
rū ꝓprietatibꝫ dn̄s Alber. ꝛ Anthoni. ꝛc O tu ſic ex/
altata trahe me poſt te vt vel a lōge videā q̄3 ſis glo
ſa

Oſtēditur glīa virginis q̄ ad ornatū Mē. ij.
Aureolis. Hic oñditur virgis glīa abciꝰ or/ N
natu ꝛ glīe fulgorē Nā primū tribꝫ vt aiunt
aureolis decorat. ſ. martyꝝ. q: eiꝰ in paſſiōe
filij dolor martiriū oē corp̄ale excellit. vt p3 ſupra ex
cā ꝛ ſubiecto Vn̄ merito martyꝝ aureolā meruit
Itē doctoꝝ q: ꝓpheriſſa fuit ꝛ doctrix diſcipline dei.
Euangeliſtā lucā vt pie credit ꝛ alios docēs q̄ ꝯſerua
uerat i cord ꝛc Virginū etiā vt claret q̄ꝝ p̄mipila ip
ſa fuit Glorioſa ergo refulget q̄ tribꝫ his aureol' oīa
ta eſt. vt latius dicit Alber. Ornata eſt etiā triplici/
bꝫ triplicis ſtatꝰ ſertis. De q̄bꝫ in hymno eccīa canit
Serta ter denis alios coronāt ꝛc Et merito decorat
oim ſtatuū ſertis que fulget oim meritis. Vel potiꝰ
hoc intelligi p̄t de ſingulari corona glīe dei ꝛ dyade/
mate ſpēi quo ſingl'ariter preſtat cūctis. Aꝰ ſplēdorē
q̄dā mirabūdus inclamat dicēs. O q̄3 ſplendifero ru
tilas dyademate virgo ꝛc. Siquidē mirabilis ē vt q̄
dā ait huiꝰ dyadematis ꝯpago Auiꝰ circūferētia ex
auro fuluo. xij. ſtellis p̄ulcrioꝝ effulgēs. lapide p̄ci/
oſo intermicāte ꝛ virtutū floribꝫ decuſata Vendicāt
em̄ ſibi primatū in eo cādida lilia. Purpuraſcentes
viole rubentes roſe. vernat ꝛ aqlegia. ſpirat illic cro
cus candens helyotropiū effulget. vt latiꝰ a quoda3
ē deductū. O igitur egredimini vos filie hierl'm veni
te ꝛ videte mrēm dn̄i in hoc dyademate regal' glorie
ſue q̄ coronauit eā filiꝰ ſuus in die leticie cord ſui ꝛc.
Plaudite ꝛ iocūdamini ſup eā. q: magnificata ē nis
Tertio ornatus cꝰ ex veſte elici p̄t ꝛ amictu. q̄ppe q̄
ſole charitatis circūamicta lunā. l' lunā ſub pedibus
tenet. Aſtans in veſtitu deaurato varietatibꝫ circūa
micta omniū ſcōrum virtutibꝫ micans. Adeo vt qui
dā dicit. Aurea veſtis erat ipſius p̄dita gēmis Omis
em̄ lapis p̄cioſus ornamētū cꝰ Sardiꝰ thopaſiꝰ iaſ3

pis criſolit⁹ onix berill⁹ ſapbir⁹ carbūcul⁹ ſmaragd⁹
his oībus velut veſtimēto ornatur q̄ꝛ meritis bonꝫ
lapidū proprietatibus ſignatis glorioſa ꝑfulget. Ut
pulchre diu⁹ pater noſter Aug⁹ in ſermone quodaꝫ
deducit: Unde ex ſententia dicere p̄t Induit me dn̄s
veſtimēto glie ꝛc̄. Et extendat ſup nos palliū ſuū.
Quarto inde ei⁹ decor decori⁹ effulget. q̄ꝛ nō in aīa
ſolū ſed ꝛ corꝑe plene eſt glorificata. ꝛ ſic duplici ſto/
la beata. ꝑut eccl'ia tenet. Et in ſequēti verſiculo eſt
probandū. ¶ Poſtremo virginis h⁹ ornatus colli/
gitur ex ineſtimabili ſplendore quo ex omnib⁹ dictis
refulget. Nec eñ ſplendida ciuitas hec dei refulget
ſpecioſior facta ſole ꝛ omni ſtellaꝝ diſpoſitiōe clarior
inuenitur. ꝛ adeo vt q̄dā ait refulget. ꝙ ſi oēs ariſte
ꝛ arene maris. omnia gramina terre. omēs arbo mi
ſolis. omnes quoqꝫ ſtelle celi in ſolares globos verte
rent: nequaq̄ꝫ tamē virginis marie claritati ex equo
correſpondere poſſent. Si eñ ſol iſte viſibilis āte ꝑ/
thoplaſtoꝝ caſū ſeptics clarius fulſit q̄ꝫ nunc. vt di
cunt multi doctores. ꝛ Vider in ſuo ꝑceptorio. ¶ In
reſurrectione vero generali mortuoꝝ erit lux ſolis
ſeptemplicitter. ſicut lux ſeptē dierū. ſeptics. ſ. clari/
or q̄ꝫ fuit ante caſū primoꝝ ꝑentum. nimi aūt ſancti
corpus tūc fulgebit ſicut ſol in regno patris ſui ſcd̄m
dn̄i promiſſionē. ſicut in q̄ꝫ ſol tunc fulgebit quadra/
geſies. ſ. nouies ſplendidi⁹ q̄ꝫ nūc rutilat ſol. quante
claritatis eſt iā ip̄ſi⁹ virginis ſcīſſimū corpus qd̄ in/
eſtimabiliter nimi ſancti nō ſolū. ſed maximi futu/
raꝫ tūc claritatē corꝑis antecellit. De anima vero
ip̄ſius virginis tenendū ꝙ lumini illi increato profū/
diſſime ſit immerſa. quantuꝫ ſine perſonali vnione
cōmunicari quiuit ꝛ decuit creature ꝛc. Si enim io
cundum eſt viſui lumen ꝛ deſiderabile oculis quod i
his tenebris fulget: quanto magis lumen illud glo/
rie deſiderabile eſt ꝛ iocundū. O ſi fuerint reliq̄e mee
ad contuēdam lucē virginis huius: tunc me vere be
atum. et cetera

¶ Hic deducitur gloria virginis ex glorificatiōis in
tegritate — Membrum tertium

p Parte dei ꝛc. Quia in ſupiore verſiculo dixi⁹
hāc virginē nr̄ām etiā carne fore beatā Ido
ne ex incertis ꝑcedam⁹ necē eſt ꝓbamētis a
ſtruere ꝓpoſitionē illā qd̄ agit̄ in verſu iſto Et oñdi
tur ꝙ hoc eſt ꝓbabile nimis Et primo q̄dē ꝓbat̄ hoc
ex p̄te dei. cuius potētia hoc potuit Et ſap̄ia tā no/
bile ſuū opus reſolui noluit. Et bonitas eā aſſumere
vt creditur nō abnuit. Sed iuſticia ei prout dig̃ erat
retribuere voluit. adeo vt ſicut ceteroꝝ ſanctorū cor
pora honorat in terris Ita h⁹ ſublimaret in cel' ꝛc̄
Scd̄o ꝓbabile ē ex p̄te filij. quem in precepto qd̄ ipe
mandauit exurgere decuit parentē honorādo: Et af
fectū filialē oſtēdere voluit in mr̄ēm aſſumendo. Et

bōitatē declarare vt ita ꝑceret mr̄i ſicꝫ ab īcineratiōe
ꝑpercer ſibi. h̄ ei bōi filij erat. Tercio ꝓbat̄ Ex p̄te v̄
gīs ip̄i⁹ Nā h̄ exegit ꝯgruitas reuerētie mr̄nalis. Di
gnitas excellētie corꝑalis Puritas inocētie v̄ginalis.
Immēſitas meriti ꝛ charitatis ſupnalis ne cinis fie
ret ꝛ v̄mis. Quarto idip̄m ꝓbat̄ teſtiōio ſcp̄taꝝ cāo/
nicaꝝ ꝛ ſcōꝝ vt late poſſꝫ deduci ſꝫ videāt̄ libri Nā in
h⁹ tipū Archa de lignis ſethi iputribilib⁹ ꝯpōit̄: Et
dauid in p̄s ait. Surge dn̄e in req̄e tuā ꝛc. h̄ etꝫ ꝯſo
na voce clāitāt doctores oēs ꝛ in ſniam ꝯueniūt Au
guſtini dicētis Quātū ego ituor q̄ꝫtū itelligo q̄ꝫtum
credo marie aīa xp̄i fruit̄ claritate poſſidēs ī xp̄o cor
p⁹ ſuū qd̄ genuit q̄re ꝛ ꝑ qd̄ genuit. Poſtrēo itidē ꝓ
babile ē multꝫ rōib⁹ vt ſcit aug⁹ ꝛ alij. q̄les ſt Carniſ
xp̄i ꝛ marie vnitas Itē ꝓmiſſiōis xp̄i v̄itas Alioꝝ q̄
cū eo ſurrexerūt iferioritas Itꝫ nullaꝝ reliq̄aꝝ v̄gis in
terris venerabilitas Quib⁹ oīb⁹ ꝓbat̄ ꝙ ī aīa ꝛ corꝑe
ſit aſſumpta.

¶ Hic oñdit̄ gloria ex p̄miorum ſublimi vniuer/
ſalitate. — Mēbrum. iiij.

P In dotes. ꝛc̄. Hic iam v̄gis gloria oñditur
ex ſublitate p̄mioꝝ q̄b⁹ ē dotata. ī q̄b⁹ vt e
quū erat ſꝑ tenuit ſummū Et lꝫ hec p̄mia
ceteris etiā ſcīs ſint cōīa tū tāto ſingl'ari⁹ his ꝑtici/
pat maria q̄ꝫto ꝑ ceteris differēti⁹ ē nomē ſortita.
Primo igit̄ hꝫ dotes oēs tā tres aīe q̄ ſt viſio tentio
fruitio q̄ꝫ q̄tuor corꝑis vulgares vel vt vult āccl'mus
ſeptē btitudis corꝑalis ꝑtes Et tāto ſingl'as hꝫ ꝑcel/
lēti⁹ q̄ꝫto vt dixi⁹ nomē dn̄tius Nā ꝛ q̄ maior q̄s fue
rit ī p̄mio cētiali eo ꝑfectior ī accn̄tali Quis iā q̄b⁹
dotib⁹ corp⁹ illd̄ v̄gineū adornat̄ vel tenuit ꝯp̄hēdet
Nā q̄ in t̄ris hūit corp⁹ deo obſequētius ꝛ ꝯiūctius co
iam in celis dotat̄ ſublimius ꝛ exuberāti⁹ O quō r̄ful
gēt cādidā illa vbera pect⁹ q̄ꝛ illd̄ v̄gineū q̄ tocies r̄q̄
euit de⁹ ꝛ q̄b⁹ lactauit dei filiū. Sic ꝛ man⁹ h⁹ theo
tocos q̄b⁹ ſuiuit dei filio ꝛ labia ei⁹ roſea labijs filij
dei crebri⁹ ip̄ſa ꝛ breuit̄ oīa ꝛ ſingula mēbra foris ꝛ i
tra mirifice ꝛ ſupra oēꝫ hoīs ꝯceptū ſt dotata. Per
currat̄ ꝑ dotes ſingillatim. Scd̄o gaudet ꝛ fructib⁹
oīb⁹ q̄ triplices diſtigui ſolēt Hꝫ eñ cēteſimū virgi
tatis ſexageſimū viduitatꝫ t̄ceſimū ꝯiugalis caſtita
tis Et quelibet boꝝ ī ſummo hūit q̄ꝑe q̄ ī oī triplici h̄
ſtatu ꝑfeiſſiā ꝛ excellētiſſiā fuit ī imēſū ſupāns oēs fru
ct⁹ dotatos. Tercio act⁹ etꝫ btitudis q̄ꝝ ſeptē enūe
rat ſcs tho. ī de eēna btitu. ſ. cognitionē dilcōnē frui
tionē vnionē laudē grāꝝ actionē ꝛ ꝯgratulationē. ꝑfe
ctiſſiē hꝫ q̄ oīb⁹ charitate ꝑſtat q̄ ē ſanctuariū illius e
quum pōd⁹ quam q̄ ſublimius tenet etꝫ in oīb⁹ bti/
tudis actib⁹ excedit. Quarto Reliqua etiam glorie p̄
mia excellentius pre ōnib⁹ tenet q̄ꝫto in grā ꝛ dei mr̄
nitate oēs excedit Quia in q̄ꝫ p̄mia ſint etiā q̄liacūqꝫ
ſiue ꝑ euacuatioēm ꝯpletioēm vel oppōnē fiāt. Quia
hec p̄mia hꝫ q̄ꝛ nullo merito caret. Et tāto his ectis
ē ꝑlata q̄ꝫto in teris repletior fuit cūctis meritꝫ ꝛ grā

¶ Poſtremo ꝫ ſi oīa hꝫ ꝑmia iocūdiſſimū tamē ē
mēoratu ꝫ ꝯtēplatu dignū quō carnis ei⁹ ſenſus iā
acuuēt ꝫ reliq̄ mēbra ī amatiſſimi filij ꝯtuit̄ p̄ntia.
Grādi leticia ſiderei illi ocl'i ꝯſpiciūt filiū regē ī deco
re ꝫ gl'a quē tāta amaritudie añ reſpexerāt in cruce a
ra iā ꝯſpiciūt illū gl'a ꝫ hōre ſublimatū quē tm̄ vide
rāt obꝓbriū hoim ꝯtēptū ꝫ repbatū ꝫ ſic de alijs ſen
ſibꝫ ꝫ mēbris Nā vbi ceteri in xp̄ hūāitate glāt̄ tq̄z
ī īſtrumēto coꝝ ſaluatiōis Hec ea ḡtulat̄ tq̄z ī fctū
ſui būdci vētr Ø glis hec gl'a q̄ ſupbia q̄ pōpa glārī
de d̄o velut mr̄ ei⁹ va Priuilegiū ē marie non dabit̄
aliene.

¶ Deducitur gl'a v̄ginea ex officijs ꝫ ſtatus digni
tate. Mēbꝝ .v.

I Am dea. ꝛc. Hic v̄gis gl'a deducitur ex of
ficio ꝫ dignitatis eius quē in celis hꝫ ſtatu
Nam reſpcū dei ipa eſt iam altera dea fcā.
Nec miret̄ homo ꝙ mariā dixerim⁹ deam Vere em̄
ꝫ recte d̄r dea deaꝝ innumerabiliū vt q̄dā ait deoꝝ cō
ſtituta Nam ſi moyſen dn̄s deū ꝯſtituit pharaonis
q̄d nō mariā deam eccl'e vl'is. Et ſi ōnis beat⁹ eſt ꝑ
grām qꝫ deus eſt (vt aiūt) ꝑ naturam q̄d mirādum
ſi dicamus mariam deam Velut em̄ ferrꝝ cādēs to
ta immerſa eſt deitati vn̄ ꝫ merito pricipat ei⁹ nōi.
Vñ rcē d̄r in ſolemni illa orōne O feliciſſima reꝝ mḡ
deaꝝ ꝛc. ¶ Scd̄o reſpcū totius ꝯſtituta ē impio
ſa p̄mas ꝫ p̄nceps vniuerſi ſupra totā dm̄ domū adō
p̄ſidens vniuerſis vt abſq̄ꝫ oris eius impio nemini li
ceat mouere pedem poſſidere obulū mutire v̄buꝫ in
toto vniuerſo. Qꝫ ꝫ ſi iam lateat adhuc tm̄ in ꝓpatulo
clareſcet cum eam velint nolint brām ſuam p̄matē
p̄dicabūt omnes gn̄atiōes At ſi quis dicat v̄gini mū
diſſimo corde ꝫ ardentiſſimo amore flagrāti diuis. ñ
hec mīma vacare vt curet ꝫ diſpēſet. Nihil eſt qꝫ af-
fert. Hic interim in noſtra hac cordis anguſtia ī hac
huius p̄ntis vite infirmitate multitudo varietas dif
ficultatē hꝫ ꝫ occupatioēm ꝫ diſtractioēm ꝫ maioꝝ
impedimēta nō mīma. curādaꝝ item rerū vilitas in
dignitatem quādam alluit curātibꝫ In illa vo celeſti
nō dico ſꝫ diuina ſublimitate ꝫ ſublimi imo incōp̄hē
ſibili nouitate dea fcā ꝫ innumerabiliū deoꝝ p̄nceps
ꝯſtituta nihilo pēit⁹ ipedit̄ aut occupat̄. Quēadmo-
dū in āgelis eſt videre q̄ in ōni viaꝝ varietate noſtri
ſolliciti ꝛc. ꝫ tm̄ vniuerſa illa cura nihilo pēit⁹ eſt ipe
dimēto q̄ min⁹ expedito volatu ſp in deū rapiāt̄ Mꝉ
tomagis hec oim dea ¶ Tercio reſpcū choꝝ v̄giā
lis cui ſingl'arius p̄ſidet v̄go brā p̄cēṫ ē velut altera
ſoror moyſi ꝫ aarō maria p̄ſtituta Que q̄ꝫ dulci mo-
dulo canat ñ ē nr̄ē capacitatꝫ noſſe aut eloquētie euol
uere Nl'a ei p⁹ xp̄i vocē vox ei⁹ voce ſuauior nl'a pe-
netrabilior ꝫ acutior nulla liq̄dior exaudit̄ Cui om̄s
auſcl'tāt ꝫ felici deſid̄rio clamāt Fac me audire vocē
tuā ¶ Quarto reſpcū āgeloꝝ fcā ē potēs reparatrix
ruinaꝝ eoꝝ q̄ ꝓpe q̄ reparatorē genuit ꝫ ei⁹ auxilio ꝫ inſ

nēto lapides viuos ad ꝛſtaurationēꝫ muroꝝ ihr'lm ꝛ
duxit. ¶ Poſtrēo reſpcū hūai gn̄is officiū hꝫ pie mi
ſatricis ꝫ fidel' mediatricis Qꝫ officiū miſeris ſapit
dulcius āplectit̄ cari⁹ r̄cordat̄ ſepius crebrius inocat̄
Sileat miāꝫ tuā v̄go brā cui ñ affuerit miſatrix in-
uocata.

¶ Oſtēdit̄ ei⁹ gl'a ex cult⁹ vl'i ſingl'aritate:
Mēbꝝ .vi.

T Et trin⁹ trin⁹ ꝛc. Cōſequētibꝫ duobꝫ v̄ſibꝫ p
bat̄ v̄ginalis gl'e ſublimitas ex cult⁹ q̄ ī ce
lis ei exhibet̄ ſingl'aritate ꝫ vl'itate. Colit̄
em̄ a celicolis ꝯtris Immo p̄o ꝫ a ſupcolēdiſſima ſū
ma tnitate A p̄rē q̄dē vt electiſſiā filia. A filio vt ma
ter p̄ijſſima A ſpūſcō vt ſingl'aris ſpōſa. Et vt fida
āncilla trinitatis ¶ O q̄lis hec digitatis ſublimitas q̄
pōpa q̄ gl'a iſta vt veneret̄ a d̄o deoꝝ a q̄ ꝯtra pauet̄
cūt Scribit de h̄ cultu pulchre vbtin⁹ ī articulo aſſup
tiōis v̄gis. ¶ Scd̄o ſingulariter hāc colit dn̄s ihs
ſm ſuā hūāitatē vt fili⁹ bon⁹ bonā ꝫ venerādiſſiāꝫ ma
trē Cōſitet̄ em̄ eā corā p̄rē ꝫ tota curia celi reponens
eā ī ſolio a dextra ꝫ mr̄nitatis reſpcū vn̄rat̄ ꝫ q̄dāmō
ſubdit̄ illi ꝫ p̄cicet⁹ trāſit miſtrās ei miſterio ꝓrſus idi
cibili imo ꝫ īexcogitabili nob. O huic cultui pia mēs
acutius itēdat ḡnde em̄ ē fomētū deuotiōis ꝫ icitam̄
tū venerationis marie. ¶ Tercio Angelici ſpūs oēſ
hāc miro cultu colūt q̄ ſe debitos famlos ei⁹ filij ꝫ ma
tris recogſcūt Quibꝫ in cultu ꝯgtulās bn̄. ait. Hora
te ſci āgeli noſtri regis mrēm q̄ nrē adoratis v̄ginis
ꝓlem. Ip̄m vtiq̄ꝫ nr̄m p̄rer ꝫ v̄rm regem. Noſtri ge
neris reparatorē veſtre ciuitatis īſtauratorē. Horū c'tū
eccleſia miraī̄ in ſequētia dicēs Qua gl'a ab āgelis ce
lis colit̄ ꝛc. ¶ Quarto abrahā yſaac ꝫ ceter⁹ ille pa
triarcharū chorus miro affectu hōrāt filiā iſtā ī qua
vidēt impleta deſideria eoꝝ ī hōis In q̄bꝫ ꝫ ipa tāq̄ꝫ
ī ꝓgēitoribꝫ letat̄ ꝫ miſticis p̄ſignatoribꝫ ſuis. Qui-
to etiā Cune⁹ ille ꝫ laudabilis ꝓphaꝝ nūerus p̄cipu
a laude ꝯcelebrāt v̄giēm hāc ſupra ſe iam eleuatam
in celis quā olim tā votiue deſiderabāt tā magnifice
p̄dicabāt aduētura in terris Colūt inq̄ꝫ ꝓphete pro-
pheriſſam velut oim ſuarū ꝓphetiarū v̄acem iplet
cem ꝫ clauſulam felicē In q̄bꝫ ꝫ ipa rurſus velut in
eius p̄nūciatoribꝫ gloriatur. ¶ Sexto Ceteꝝ glo
ſus gl'oſo obſeq̄o colit apl'oꝝ chorus quā cernūt a-
poſtolici ſenatus inſtitutis mrēꝫ euāgeliſtarū laudē
ꝫ mgrāꝫ eoꝝ ꝫ diſcipline doctrē. In q̄bꝫ ꝫ ipa vti
p̄cōibꝫ ꝫ iudicibꝫ letat̄ p̄ſertim in cognatis ¶ Sep
timo Ce martirē cādidat⁹ martirū laudat exercitus
cernēs te gemmulā eoꝝ ꝫ victorioſiſſimā hoſtiū tri-
umphatricem q̄s tu exemplo p̄iter ꝫ q̄ſdam v̄bo ici
taſti ad certādum q̄bꝫ ꝫ tu rurſus tāq̄ꝫ fidiſſimis teſ
tibꝫ ꝫ ſtrennuiſſimis militibꝫ gratularis. ¶ Octa
uo Ce venerādiſſim⁹ ille venerādoꝝ ꝯfeſſoꝝ ꝫ he-
roycoꝝ viroꝝ venerat̄ ꝯuēt⁹ p̄ſertim ꝯtēplādo ꝙ
tu ꝯfeſſoꝝ xp̄i radix es cōſtātiſſiā Monachoꝝ ꝫ ceo

bita⁊ ꝑceptrix ꝑ̄ſſima doctoꝝ luīe ⁊ v̄tuoſoꝝ oīm ſcala. ¶ Nono Quī tu es v̄gīm v̄go ⁊ p̄miceria ꝯtinētie v̄lis Jō Quocūq; ꝑgis v̄giēs ſequūt atq; laudibꝫ poſt te canētes curſitāt ymnosq; dulces ꝑſonant: Nimiꝝ venerātes te regīam filie adoleſcētule ⁊ ācille In qbꝫ ⁊ tu tq̄; i ꝯparibꝫ glāris. ¶ Poſtrēo vt ſummatim dicaꝰ Quotq̄t in exhere ſci oēs tuis ſē laudibꝫ dediti ⁊ nullꝰ ceſſat a laude vbi nullꝰ q̄ n̄ pticipet ex bn̄ficioꝝ tuoꝝ munere. vbi oēs ꝑſpiciūt ſe ꝑ te ſaluatos ⁊ gl'a ſublimatos. vt pulchre h̄ deducit in q̄rto libro de laudibꝫ hꝰ v̄gis dyoniſ carth. ⁊ ſcs bn̄di. vbi et; oñt quō ipa in ſinglis ſcōꝝ ordibꝫ glāt ⁊ q̄ꝫ gndīc adamat q̄dē tāto ſublimius q̄to ei fuierūt in terris deuotiꝰ Adeo vt ei ꝯgruit qđ ait apl's. Que eſt ſpes noſtra aut gaudiū aut corōa gl'e nonne vos añ dn̄m.

¶ Agitur de cultu v̄gis in terris ⁊ de rōibꝫ colēdi eam. Membrū. vij.

S H Inc nos ⁊c. Viciam poſtrēo ſubnectit q̄ etiā colitur a terrigēis ⁊ rōnabilitas ⁊ cālitas v̄lis veneratiōis ānectit Et p̄ᵒ dr q̄ colit ab hōibꝫ A doctoribꝫ ſcꝫ ſcis i eoꝝ ſcp̄tis A deuotarijs pijs exercitijs ⁊ v̄lr ab oībꝫ hōibꝫ ⁊ hoīꝫ gn̄ibꝫ decuꝰ et; laude multa dicūt gētes Iā nēpe btāꝫ dicere bn̄t oēs gn̄atiōes. Qui h̄ volet meditatōnū dilatare ille poterit doctoꝝ laudes ad mētē reuocare ⁊ ea q̄ in alchorāo mahūeti dn̄r de v̄gie mēorari ⁊c Scdo etiā colit a natis iſenſibilibꝫ vtꝫ diſcurrēdo ꝑ elemēt; ⁊ elemētatis ſinglis. q̄ oia ſubiecta ſūt ſub eiꝰ pedibꝫ qbꝫ ipioſe ꝑſidet vniuerſ vtꝫ ex miraculis Et merito a ꝯtis veneraſ i t'ris q̄ ita ſublimata ē i celis. Tot eñ creaſe fuiūt btē v̄gi q̄t trinitati. Et q: totū illud Roſariū egit de marie gl'a hic iā ānectūt rōnes ⁊ cāe q̄s poīt ſcs bn̄di. q̄re ita ſublimiter ē gl'ificata Et harū potiſſiā ē rō m̄rnitatis cuiuꝰ iure ſupat oēs: Aquū eſt eñ vt m̄r regis oīm ſuper oēs ordiēs miſtroꝝ Altera rō ē Excellēs ardoꝝ charitatis ſm quē diſtinguit ois gdꝰ gl'e ⁊ dignitat; In q̄ q: hec fuit; ſupior merito gl'a ⁊ hōre eſt p̄clarioꝝ. Tercio iure p̄lata ē ſuꝑ oēs ⁊ dn̄ium hꝫ creaſaꝝ q̄ ꝯſtituta ē dn̄a carū Nec mirū ſi creaſarū ē dn̄a q̄ creatoris ē m̄r magiſica ⁊ cui ſubditꝰ erat homo deꝰ. Et ḡ iure ſup oēne creatū ſuper altata. Quarto h̄ oñdit rōe ꝯformitatis Nā q̄ m̄r filio i natā ⁊ grā h̄ in t'ris erat ꝯformioꝝ eo in gl'a ei ꝯſilioꝝ p̄ oībꝫ ſcis dei Vñ ſic; xp̄s oēs trāſcēdit ita maria āgelos et; excedit. Quito h̄ feit meriti copioſitas Nā iuſtū ē q̄ meritis fuit copioſioꝝ ſit ⁊ gl'a abūdantior Sꝫ maria oī motu meruit Et ſicut hūilia fuit in t'ra ita ē exaltatiſſiā in gl'a. Sexto oñt itē aīe latitudis. Oꝫ eñ q̄ in hōis ipleat deſideriū eiꝰ Qđ ꝯpleri n̄ poterat niſi filio ꝯiūctiſſima eēt Vñ tꝫ oia iferioꝝ ſcōrū dōa i tāta excellētia q̄ nulla eſt ꝯpatio niſi ſic; ad cētrū circūferētia. Septio exigit idē ꝑfcō vniōis. q̄to ei bti magis vniūt cū deo tāto gl'oſiores fiūt i eo. Oēs āt creature ſil' iūcte tm̄ n̄ vniūt deo q̄tū hec btiſſiā v̄go vñ merito excedit oēs in celo. ¶ Poſtrēo idē arguit ex dei largitate quēadmodū ei ei grām ꝑ ptes n̄ dedit ſꝫ plene iſudit Ita ⁊ gloriā abūdātiſſiē pticipauit In q̄tū ſine ꝑſoāli vnione creaſe ꝯditio pati potuit. Maioris igit gl'e ē hec v̄go glorioſiſſima q̄ꝫ tota ſcōrū cohors ſimul ſumpta Maioris dicaꝰ q̄;ad ſpecificā ꝑfcōem lꝫ nō q̄ ad gdualē additioēm vt dt vtrinꝰ O igit gl'oſa dn̄a da ceriamꝰ te rādē in tua gloria

A M E N.

Roſarium gn̄ale de ꝑconijs dulciſſime v̄ginis Marie.

M Ulte filie cōgregauerunt diuicias tu ſupgreſſa es vniuerſas. Prouerbioꝝ. xxxi.

Poſt Roſaria illa ſeptē ſupiora ꝑticularia ſingulis ferijs diſtributa. ſubnectit Roſariū h̄ gn̄ale ꝑconioꝝ marie ꝯtētim vt cui tedio fuerit marie laudes attēdere in ſpē. vel ſaltem ſub h̄ Roſario eius ꝑconia cōmeōret in gn̄e. Plurimū eñ eſt g̃tū marie vt ſalutet i ſuoꝝ ꝑuilegioꝝ ⁊ excellētiarū ꝯmēoratiōe. put h̄ fert docuiſſe ſāctꝰ dn̄icꝰ p̄dicatoꝝ pr̄ ſpūalis Auguſtini filiꝰ ⁊ pl'q̄ꝫ triginta ānis canōicꝰ regularis vt ſcribit doctoꝝ ille Alanꝰ Inſup ex ꝯmēoratiōe p̄uilegioꝝ ⁊ excellētiarū eius homo ad marie ſublimitatē agnoſcēdā illūinatur ad reuerentius ei ſuiendū incitatur ⁊ ad deum in ea laudādū ⁊ ei ꝯgrulādū adiuuat q̄ actꝰ oēs haut dubiū q̄n ſint gtiſſimi ei Vñ liquet q̄ vtile ſit exerceri in eis Cōgruit tn̄ h̄ magis ꝯtēplatiuis puulis aūt magis lacte incarnatiōis ⁊ paſſiōis eſt opꝰ n̄ tn̄ diſcōueit. ꝑſus ſꝫ ꝯueit vniuerſis In h̄ itaq: roſario cōtinētur ꝑconia ⁊ ꝑuilegia btē marie. Vitam

āñcedētia — tclīniū ⁊c. Itē ſigna ⁊c.
cōcomitātia — vt — inclita cū ſequētibꝫ
ſubſequētia — dextrīſedens ⁊c.

Inmiſcēt q; his ꝑuilegijs marie bn̄ficia q̄ mito mō ſūt mēt; iflāmatia vñ ptꝫ roſariū h̄ plenū ēē deuotiōis materia. Eſt āt Roſariū h̄ ꝑcoioꝝ cū gndi coꝝ diſerga ꝑſtātiſſimā v̄giēm ꝯgrulatiōe dicētū. Qđ vt acceptet cū pellātio illo mgrō paulo ꝓ captanda beniuolētia v̄gis p̄mittēdū.

R Egia v̄go tuas h̄ rauco carmine laudes Aggrediēs trepidis te corā ꝯcino labris. Quāq; ſim idignꝰ te ſcām orare mariā Qui ſcelere exiſto turpis pietas tn̄ illa Qua totā exaudis ꝑplm q̄ pectora ſp. Solaris meſta. fecit me audere timētē. Virgineas igit aures miteſq; ꝑcanti Arrige ſitq; tibi carmē qđ ꝯfero g̃tū

De vitā marie āñcedētibꝫ

t T ricliniū. ꝯpar. m̄r. ſpōſa. ac mediatrix:
Exoptata. tipāt. vates. gētes. mulieres

De vitam ꝯcomitātibꝫ.

i I nclita. firmata. meruit. puriſſima. maioꝝ

Aũcti ſciens. paſſa. ſimilata. vocata. referta:

¶ Marie ꝑuilegia ſpecialia

Laudo ortũ. ptũ. vitã. cũ morte.. leuatã:
Uirtutes. dõa. frcs. ſacramẽt. beat. oẽs.

Bñficia emanãtia a maria

Perficis. ecornas. redimis. ſpas. dõa pſa.

Singularia bñficia:

Das pciũ. vel aquã. panẽ. medica. arma. redõas

De vita marie ſubſequẽtibꝫ in glã

Dcreſcedẽs. fulgẽs. actꝰ. coleriſq; honor es tu:
Da veiã. grãs. fer gaudia. ſubuẽis. aſta.

Grande ⁊ ꝑgrãde ẽ pñs Roſariũ mlťaruꝫ mariaꝝ ꝯtẽtiuũ ⁊ ꝓ ſui explanatõe multã exigẽs dicẽdoꝝ copiã ſꝫ breuitatẽ aõre paucis ẽ trãſigẽdũ. Et pᵒ dicẽdũ ẽ de ꝑuilegiis añcedẽtibꝫ vitã. qrũ ꝑmũ ẽ Predeſtinatio gratioſa de qua in ꝑmo verſu.

Tricliniũ ⁊c. Hic inqꝫ de ꝑdeſtinatõe ꝟgis agiť. Et ħ ꝑmo quõ ꝑdeſtiãta fuit ad totã t̃nitatẽ deĩn ad pſoãrũ ꝓꝑetatẽ. Poſtrẽo erga nrãm calãitatẽ. Nã i primis dñs poſſedit eaꝫ ab inicio ⁊ tota tritas eã ſibi ꝑdeſtiãuit ab eťno i t̃clinium ſue hitatiõis ⁊ reqetiõis. Eſt ei t̃cliniũ cenaculũ a tribꝫ lectulis diſcũbẽtiũ aut reqeſcẽtiũ apõ veteres appellatũ. Qõ ꝯgruit marie quã elegit deꝰ trinitas i reqẽ triũ pſoãrũ. Nũqꝫ eñi ſic deꝰ reqeuit i pura creatã quẽadmodũ in marie mẽte gratiſſima. Uere triclinium nobile ⁊ ꝑcipuum

| | | |
|---|---|---|
| pr̃e mirabiľr fabricatũ | | A |
| filio ſpẽaľr ihitatũ | qꝫ | ñ ẽ tale opꝰ ũqꝫ fcm̃ |
| ſpũſcõ ſingľr adoratũ | | ĩt. mẽſibꝫ eiꝰ vẽogeſtũ õi ſcitate ⁊ grã r̃pletũ. |

Jmo a tota tritate peculariꝰ poſſeſſu pr̃e ihitãte memoriã filio itelligẽtiã ſpũſcõ voluñtatẽ. ita ꝙ dulcius reqeuit i ħ mẽtis ꝟgineo t̃clinio qꝫ in ipõ empirio aut vranico celo. Hoc vnũ qꝫ ãnnotãdũ ꝙ grtiſſimũ ẽ ꝟgi mr̃i ħ noĩe ſalutaŕ vt demõſtrauit i vñrabili illo canõico ſci victoris mgrõ Adã. Qui dñ eã ħ nomie ſalutaſſꝫ ab ea reſalutari ⁊ regrãri meruit: ꝓut ſcbiť i libro apũ. Sic ei t̃ ẽ adã ille de ea dictauit. Salue mr̃ pietatis ⁊ totiꝰ tritatis nobile t̃cliniũ. ⁊ hec de ꝑmo. Scdõ oñdiť quõ ſingillati a ſingulis pſoĩs elcã fuit. Nã pr̃ deꝰ eã ꝑdeſtiãuit ſibi i ꝯparẽtalẽ vt. ſ. ipã eũdẽ filiũ ꝓduceret i tpe abſqꝫ pr̃e quẽ ille añ luciferũ genuerat ⁊ ab eťno ſine mr̃e. O ꝟe ꝑclara digitas ꝟginis marie ꝯpentalẽ eẽ ſummi pr̃is. Hic deuotꝰ ille ꝟgi Anſcelmꝰ. Mira res. Jn qꝫ ſublimi ꝯtemploꝝ mariaꝫ locatam nihil equale marie nihil niſi deus maius maria. Deus filium ſuum quẽ ſolũ de corde eq̃lem ſibi genitũ tãqꝫ ſeipm̃ diligebat. Jpm̃ dedit marie ⁊ ex maria ſibi filiũ fecit non alium ſed eũdem ipm̃ vt naturaliter eſſet vnus idemqꝫ filiꝰ deo ⁊ marie cõis. Hec nitura q̃ ſilis patri. Nata coeq̃lis nato. Hinc ſpũi nõ ẽ imp q̃ eſt vtuſqꝫ ꝯpar. Et nota ꝓ copia meditandi ꝙ ſub hoc nomie Cõpentalis debẽt etiã cetera noĩa

qꝫ maria ad pr̃em refertur ꝯꝓhendi vt ꝙ filia regia ⁊c. Tertio elegit eã ſibi filiꝰ dei in mr̃ẽm vt vere dicatur ⁊ ſit theotocos. i. dei mater. Adeo vt d̃t ſcũs cyrillus ⁊ epheſiã ſynodus. Si q̃s nõ cõfiteretur dei genitricẽ ſcãm virginẽ anathema ſit ⁊c. Et hoc eſt ꝑuilegiũ virginis in quo non cõicat ſibi alienꝰ. nec homo nec angelꝰ. Nec ei hic primũ ſilem viſa ẽ hũiſſe nec ſequẽtẽ. q̃ppe q̃ ſola cũ deo pr̃e ꝑt dicere filio dei. Filius meꝰ es tu. ego genui te ⁊c. Quãte ãt digitatis ſit ſtatus iſte mr̃nitatis q̃ noſſe volet ille Bernardinũ in ſermõe. Jtẽ coſuel. dyoni. carth. ⁊ ceteros legat. Brã dia eñi ſup eo ſcribũt q̃ tranſimꝰ qꝫ ꝓſus hꝰ ſtatꝰ dignitas ẽ iexꝑſſibilis nobis. Hic qꝫ vidẽdũ quõ dicit Soror xpi ⁊c. Quarto ſibi ſpũſſcũs hãc adoptauit in ſponſã ſingľarẽ quã crebriꝰ in cãticis ſub hoc nomine ꝯpellauit. Et ꝟe ſpõſa ſpũſſci ſingľaris. a q̃ ab origine mũdi elcã. ex milibꝫ ꝑelecta. Dote bona dotata. ſingulari amore ei copulata: a q̃ obumbrata. ⁊ q̃dãmõ ſi dici liceat ipregnata. Nã vt in ſymbolo d̃r. Cõcepit de ſpũſcõ. Uñ vere eiꝰ ſpõſa ⁊ ſocia effecta. vt mgr̃ henri. coſuel. ait. Hic ⁊ cetera nõia adducantur q̃bꝫ ad ſpm̃ ſcm̃ referť. vt ſunt vas paclitĩ. Officia ſpũſſci ⁊c. hmõi. ¶ Eſt qꝫ poſtrẽo a tota trinitate ꝑelecta in mediatricẽ dei ⁊ hõis rei iudicij q̃ manũ ponere poſſet in ambobꝫ. Plane ꝑpotẽs ⁊ fidelis mediatrix maria oĩbꝫ mediatricis aperiẽs ſinũ nihil auſterum aut terribile ꝑtendẽs. vñ nihil verendũ ab ea vt pulchre in ſermone Bernar. deducit. ¶ Sub q̃ etiã nõie cetera q̃bꝫ reſpicit hũanũ genꝰ nõia ꝯplectũtur. Et licet priora ſint digniora. nobis tñ poſtremũ hoc dulcius ſapit. vnde ⁊ frequẽtiꝰ inuocãdũ a nob. Aũceciã itaqꝫ dicamꝰ. O mediatrix nrã q̃ es poſt deũ miſeris ſpes ſola. tuo filio nos recõcilia ⁊ recõmẽda. Amen
Debẽt aũt hec ꝑdeſtinatiões marie meditari cũ laude ⁊ cõgratulatiõe. imo ⁊ grãrũactiõe. Nã mľta ex eis ab ĩitio gñi hũano emanauere bõa. ita ꝙ iuxta bernardi. ⁊ ioã. brugmã oẽs liberatiões: ⁊ indulgẽtie facte in veteri teſtamẽto venerũt ⁊ cõtigerũt aõre ⁊ ꝑdeſtinatiõe hꝰ virgis gľoſe vt latiꝰ ipi declarãt. O igiť tã magnifice ꝑdeſtinata ãple in nob ꝑdeſtinationis tue officia vt te mediatricẽ ſentiaꝰ ⁊ tẽ media ad aiſſam glãꝫ ptingaꝰ.

¶ De ꝟgis hꝰ votia ꝑoptatõe ⁊ varia ꝑdicatõe. mẽ. ij. <br>D

Exoptata tipis. Alterũ vñ marie laus ſumiť ex vitã eiꝰ antecedẽtibꝫ eſt. Uotiua ꝑoptatõ mľtiplex ꝓphetatio ⁊ varia ꝑfiguratõ. Et hẽt huiꝰ verſiculi lõgior deductio in primo roſario. vñ tãtũ fiet ħ q̃dã dictorũ ꝯmeõratio. Primo ergo fuit ħ virgo optabiliſſiã votiue a multis ⁊ variis exoptata. A deo. ſ. ⁊ angelis. Ab hõibus ⁊ inſenſibilibꝫ. A inde is ⁊ gẽt hꝰ. ita vt oĩm deſideriũ q̃dãmõ penderet ad virgis hꝰ aduẽtũ. vt illic ẽ deductũ. ¶ Da igiť mihi o deſiđratiſſiã tui d̃ſideriũ vt ſp aſpirẽ ad tui ꝯtuitũ. 2ᵒ fuit mľtiplr ⁊ tpe longo ꝑfigurata ⁊ rebus multis

C

p̄figurata Et hoc ōni t̄pe ſcʒ legis naṫe ⁊ ſcripte ⁊ eta
te q̄ꝝ p̄fluxerāt q̄nqʒ In oībꝫ rebꝫ ſcʒ in creatis facrꝫ
viſis mira varietate vtʒ ibi ſupra. O rememoreʒ iſta
¶ Tercio fuit a ꝓphetis iudeoꝝ tam maioribꝫ q̄ʒ
minoribꝫ luculenter p̄dicta ⁊ ꝓpherata vtʒ p̄ſcrutā-
ti eorū teſtimonia. Nullꝰ eñ eſt in oīm fideliū vatuʒ
illo fideliſſimo choro q̄ ſiluit de v̄gīe hac gl'oſa Dāc
magni hanc p̄ui hanc oēs cecinere ¶ Quarto nō
modo a noſtris eſt v̄go hec ꝓpherata veꝝ etiā a gē-
tiū gentilibꝫ vatibꝫ cantata ⁊ vaticinata vtʒ de Job
Balaam. ⁊c̄. Per item aſtrologos coꝝ in aſtris pre-
ſignata Et ſibillinis oraculis clariſſime p̄dicta vt de
ductum eſt vbi ſupra. ¶ Poſtremo eſt toto ſcp̄ṫa
rum decurſu rebꝫ varijs ⁊ digniſſimis ꝯpata q̄ꝑe q̄
in manibꝫ ꝓphaꝝ aſſimilata oīm ſalutem ⁊ refoṙa-
torē gēṙa oībꝫ ſignata O igiṫ a cūctis laudata da mi
hi te laudare ꝑ cūcta

¶ De vitā marie concomitantibꝫ Et p̄mo de p̄ui
legibꝫ ſingl'arijs. Mēbrum .iij.

I Ndita. In ſubſequētibꝫ iam v̄ſibꝫ ponūṫ
marie priuilegia vitam eiꝰ ꝯcomitātia. ⁊
Et p̄mū enumerātur p̄uilegia ſingl'aria
q̄bꝫ ſingl'ariter fuit dotata Quoꝝ primū eſt Gene-
ris nobilitas ⁊ corꝑis pulchritudo. Nobiliſſima eñ
erat poſt chriſtum creaṫarū ⁊ pulcherrima mulierū.
De cuiꝰ nobilitate ⁊ pulchritudie pulchre agūt Alber
tus Dyoniſ. carth. ceteriqʒ doctores in id ꝯuenientes
q̄ oīs rō nobilitatis ꝯuciat marie in ſummo Ita q̄
nobiliſſima erat. Et cauſa ⁊ origine Puta de ſcōrū
patriarchaꝝ ꝓphaꝝ atqʒ regum ⁊ pōtificum alto ſā
guine orta. Et ſuba ⁊ poſſeſſiōe q̄ꝑe q̄ in dotis na-
ture cariſmatibꝫ grē p̄matū tenet poſt natū p̄ ꝯctis
Et efficiētia q̄qʒ ⁊ actiōe q̄ tam p̄clara effecit q̄ nul-
la q̄tūuis etiam garrula lingua poterit enarrare vel
ſufficienteꝰ eiꝰ magnalia. Ipa eñ deū ꝯcepit ⁊ ge-
nuit Ipa ſalutē mūdo pepit ꝑ ipām qʒ oīa q̄ in celis
⁊ in terris ſunt reſtaurata ſunt. Qʒ ſi nobilis eſt ille
quē nobilitat ſua vtꝰ ꝯſtat hāc nobiliſſimā qʒ mora-
li ꝓbitate p̄ſtātiſſimā Erat ⁊ ꝯditiōe liberrima nūq̄ʒ
peti fuituti ſubiecta. Prorſus ḡ ex ōni nobilitatꝫ rō
ne erat nobil' ⁊ ingenua. ¶ De pulchritudie q̄qʒ iti
dem dicūt Qʒ ſicut eiꝰ filiꝰ ſpecioſus erat forma p̄ fi-
lijs hoīʒ Ita ⁊ hec pl'cherria pꝰ xp̄m ċaṫaꝝ vt albtus
deducit ex t̄bꝫ ex q̄bꝫ ſuiṫ rō pl'chritudis Scʒ ex debi
ta corꝑis q̄titate In ſtaṫa Et elegāti mēbroꝝ diſpō
ne ꝓportioābilitate ⁊ coloꝝ venuſtate In colore ⁊ fi
gura Et potiſſim ex corꝑis hꝰ autore ⁊ finalitate Mi
racl'oſe ei ꝯcepta fuit ⁊ ad filiū dei gignēdū ordiāta.
Vere ḡ erat pl'cherria magꝫ tñ vt vult augꝰ mente q̄ʒ
corꝑe d̄ q̄ pl'chritudiē q̄ pl'chri aliq̄d legere volet gerṫ
ſup mḡt videat ⁊c̄. O igiṫ tota pl'chra ⁊ foꝛoſa in q̄
nll'a macl'a mētꝫ pl'chritudiēʒ mihi i petra. Alteꝝ p̄
uilegiū ē peti imūitas ⁊ peccādi ipoſſibilitas Nūq̄ʒ ei
peccauit Nec etꝫ vt albtꝰ ait peccare potuit in grārū
plēitudie fir̄āta qʒ nūq̄ʒ fuit nec ēe debuit in ipa vlla
peti macl'a Late d̄ his duobꝫ i ſuo d̄ laudibꝫ v̄gis ſu
ꝑ Miſſus ē agit albtꝰ ꝯcludēdo q̄d iā dcm̄ fuit. Q̄d
āt d̄r q̄ etꝫ peccare n̄ potuit ſaē itelligēdū ē. Nā h̄ nō
arbitriū libeꝝ tollit Nec etꝫ vt in paṫa ſci ꝯfirata fuit
Sʒ d̄r ṗ motioēm oīs diſpōnis vel iclinatiōis ad ma
lū ⁊ plēitudinē grē ſtabiliētē ad bonū ⁊c̄. O tu ſic fir
mata ⁊ firātiſſiā ab ōni malo nos libera. i bono ꝯfir
ma. Terciū ē Meriti ꝯtinuitas Quolibet eñ motu
liberi arbitrij ad agēdū vel patiēdū merebaṫ vt d̄cla
rat late dn̄s albtꝰ ⁊ r̄ndet ꝯtrijs obiectiōibꝫ vbi ſupra:
Et recte Ois eñ marie motio ſp̄ intēta fuit in l'pro
dn̄o Et eiꝰ opatio ⁊ naṫa informata erāt grā. ḡ ⁊c̄.
O tā plēa meritis cōica mecū de tuis bōis ¶ Quartū
eſt Altiſſima puritas Vñ ⁊ virgo virgim dcā. Dicit
eñ Ancelmꝰ q̄ ea puritate nitebat q̄ ſub d̄o maioꝛ
itelligi neq̄t. Quā autoritatē Albtꝰ mgnꝰ aſſuit expo
nit ⁊ defendit ſiliṫ. ⁊ dyoniſ carth. dicētes. q̄ tāta eiꝰ
puritas fuit q̄ nll'i creaṫe pure in ēe creato ſubſiſtenti
ꝯceſſa eſt maioꝛ vel eq̄lis Imo nec decuit dari āpliꝰ
Et oēs tm̄ puritate exceſſit q̄tū mrēʒ dei reginā celi
decuit. Vere ḡ puriſſima fuit vn̄ ⁊ v̄go v̄gim ꝯpella
ta Et ꝓbc. Erat eñ v̄go carne ⁊ mēte ꝓfeſſiōe ⁊ ſcitu
die q̄l'r apl's deſcribit. V̄go aū ꝯceptū In ꝯceptu et
ꝑtu. pꝰ ꝑtū ⁊ ꝑ votū vt vidře ē in ſcp̄tis doctoꝝ ⁊ i pā
theologia. Quītū p̄uilegiū ē Sigl'ariſſima maiori-
tas Maioꝛ eñ fuit cūctorū ⁊ ꝑ pte ſi dici liceat deo
potētioꝛ ⁊ fiᵒ maioꝛ vt aiūt b̄ndi. ⁊ io. brugmā. Nā q̄
oīʒ maioꝛ facile oībꝫ ꝯfeſſū Oia ei ei d̄s ſubiecit imo
⁊ iē oīa ſeipʒ Ille ei q̄ fiꝰ ē d̄i ⁊ v̄gis b̄ndcē volēs vt i-
ta dicā d̄t b̄ndiꝰ dīno p̄ncipatui q̄dāᵒ p̄ncipatū eq̄pa
re mr̄nū Ipē q̄ d̄s erat mri faūlabaṫ i t̄ra. vt ei d̄r lu:
ij. Erat ſubditꝰ illis. Eiꝰ ipio oīa faūlāṫ ⁊ deꝰ. Quō
etꝫ q̄dāᵒ potētioꝛ deo dici poſſit idē b̄ndiꝰ declarat di
cēs. q̄ btā v̄go potuit facere de d̄o q̄d de ſe nō potuit
ipē deꝰ Quedā eñ ꝯtria ⁊ ꝯdictoria iē deū ⁊ v̄ginem
erāt q̄ dū acceſſit deꝰ ad v̄giēm ꝯcordata ſṫ vt ait.
Puta p̄mo ipoſſibile erat deū ḡnare niſi deū de ſe ⁊
tñ v̄go deū fecit hoiēm. Deꝰ n̄ potuit ḡnare niſi ifini
tū imortalē etn̄ū iuiſibilē iſenſibilē ſub forma dei. ſʒ
v̄go fecit eū finitū mortalē t̄palē viſibilē ſenſibilē ſub
forma ſui ⁊c̄. Quō etꝫ filio maioꝛ h̄ric ꝰ de coeſſeldia
pl'chre d̄t Qū ex lege mr̄ ſit ſup filiū digitate p̄latōis
vt filius eam honoret ⁊ illi obediat Liquet q̄ hec gl'o
ſa mater q̄dammō p̄lata eſt filio de quo d̄r erat ſub-
iectus illis. ¶ Et hec de maioritate virginis.
¶ Sextum priuilegium eſt Omni ſcientia vel ſci
entie plenitudo. Omnia eñ maria ſciuit ⁊ nullius ꝑ
prie ignorātiam habuit. ꝑut dn̄s Albertus ꝑ oēs
ſcibilium ſpecies latiſſime deducit Bernardinꝰ q̄qʒ
eam de ſcientia extollens dicit q̄ duodecim lumino-
ſas cogitatiōes t̄q̄ʒ duodeci radioſas ſtellas hūit vtʒ
i ṗmōe eiꝰ Nec mirū ſi oīa ſciuit v̄go ei prudētiſſiā fu
it q̄ eū in q̄ ſṫ oēs theſauri ſapie ⁊ ſcie abſcōditi tāto

tpe geſtauerat Jn qua ſapientia ſe trãſtulerat ⁊ ī do/
mū ſibi edificauerat. ⁊ de bōis ſuis in ōni plenitudi
ne cōmunicauerat. ⁊c.
¶ Septim eſt Paſſionis chriſti communicatio.
Per quam filio in noſtra redemptiōe quodammo/
do eſt coopata ⁊ quaſi adiutoriū ſimile vero ade da/
ta. Quod ſummū eſt puilegium nec alijs in tāta ple
nitudine cōicatum. Torcular em̄ calcauit ſol⁹ ⁊ non
fuit vir ſecum de gentibꝫ. Pulchre vir dixit. ne muli
erem hanc adiutorium ſibi excluderet. Sic em̄ decu
it fieri redemptioē̄m ſicut pditioē̄m p virum ſcilicet
⁊ mulierem. De hoc autem plenius diximus in
Roſaria de doloribꝫ. ¶ Octauū eſt ſublimis aſ
ſimulatio vel compatio. Nam pre ceteris poſt filiū
ſublimioribꝫ ⁊ pluribꝫ rebꝫ aſſimulata fuit. De qbꝫ
aſſilatiōibꝫ in pmo Roſario tetigim⁹; ⁊ ad magnū
Mariale remiſimus. Ubi habenꝫ ſex integri libri d
ↄpatiōibꝫ ⁊ ſimilitudinibꝫ Marie adaptatis. Cur
aūt hāc aſſilatioē̄m p puilegio poſuim⁹ ſciat q inq/
ſierit q in hoc dn̄m Albertum imitati ſum⁹ q quaſ
dam ptiales aſſilationes p ſummis pticularibꝫ po/
ſuit. Scꝫ q dr ⁊ aſſilet̄ur Stelle maris. Itē qꝫ Por
ta celi. Sup qbꝫ ipe pulchra ⁊ deuota ſcribit Qui hu
ius ſciēdi auidior fuerit ipm inqrat ¶ Nonum eſt
Altiſſima denominatio. Quia altiſſimis nominibꝫ
eſt nūcupata. q ppe Regina miſericordie Uirgo vir/
gim Mater dei dicta. Que Albert⁹ enumerat inter
ſingularia puilegia Nam his nomibꝫ inſinuatur in
finita qdā excellētia Ita q maius nomen nō ↄueiat
pure creature q̄ꝫ q mater dei regina mie dr Maria.
Debent q̄qꝫ ſub hoc priuilegio ↄplecti cetera marie
nomina de qbꝫ agit̄ in Mariali libro ſexto p totū.
¶ Decimū marie ſingulare puilegiū eſt Omnis
boni plenitudo. Plena em̄ ōni bono fuit Ita q nul
lum ei bonū defuit. Ita q plus accipe iuxta Albertū
nō potuit ⁊ oia replēdo efluxit. Referta ōni vtute ⁊
grā ōni bn̄dcōne ⁊ glā. put tactum eſt ſupra ⁊ mōſtra
bitur p ſequētia. O igit̄ ōni grā refertiſſiā de tua ple
nitudine in nos diſtilla.
¶ Hic ponūt̄ marie puilegia ſpecialia.
Membꝝ. iiij.

G L Audo ortum ⁊c. Jn hoc iam verſiculo tan
gūtur marie puilegia ſpecialia q lꝫ ſit ⁊ in
alijs inuenire nō tn̄ in tāta pcellentia. Et
hoꝝ qdem qdam ptinēt ad vite ortum ⁊ ingreſſum.
Cuiuſmodi ſunt iuxta Albertum quinqꝫ iſta
Scꝫ ¶ Prefiguratio. Prophetizatio. An/
nūciatio. Miraculoſa ↄceptio. Et in vtero Sancti
ficatio vel potius Preſeruatio. Que ōnia in ſummo
habuit maria. put ptꝫ p ſupiora. Pre cūctis em̄ p⁹
chriſtum magis pfigurata fuit ⁊ pphetata. Fuit ei⁹
ↄceptio pnūciata ⁊ miraculoſe concepta prout apte
tradit damaſcen⁹ ⁊ cōceptiōis hiſtoria. Un̄ patet q
habuit puilegia ſpecialia ortum ⁊ ingreſſum vite reſ

picientia. ¶ Secūdo habuit etiam priuile
gia circa ptum ſingłarem Nam cetere mulieres pa/
riūt hoiem. iſta deum. Alie cum dolore. iſta cum gau
dio ⁊ iubilo Alie fedāt̄ur ⁊ corrūpūtur. Hec mūdat̄
⁊ integratur. Uel iuxta Bernardū hec ſunt part⁹
priuilegia. quia

Sꝫ
vgitatis primiceria Ab angelo ſalutata
ſine corruptiōe fecūda A ſpūſcō ipgnata
ſine grauamie grauida Filio dei onuſta
ſine dolore puerpa Uirgo ⁊ mr̄ dei

Hec pſequūt̄ in mariali pte tercia ⁊ ſunt ſatiſ clara.
¶ Tercio habuit etiam ſpecialia priuilegia vitā
⁊ ↄuerſatioē̄m circūſtātia. Que ſpecialitas grē inui
tur q̄ciēs aliqs ſanctoꝝ ſpecialiter a deo diligit̄ vel a
mic⁹ dei appellat̄. aut a grā aliqua commēdat̄. Sed
in his ōnibꝫ noſtra pcioſa vgo palmā geſtat q pre
cūctis amata. Non dei amica ſed mater dei appella/
ta Sācitiſſime conuerſata. ōni oim ſcōꝝ plenitudie
grāꝝ referta. ¶ Quarto habuit etiam gratias ſpe
ciales circa mortem ⁊ vite egreſſum. que pateſcunt p
hunc verſiculum.
¶ Preſcīt accita caruit volat intumulata
Nam ⁊ illam vt multi ſancti pſciuit Scdo a filio vo
cata fuit Tercio dolore ⁊ viſu dyaboli caruit. Quar/
to mox euolauit Quinto mirabiliter ⁊ digitoſe ſepul
ta fuit. Omnia igitur oim ſcōꝝ circa mortem priuile
gia tenuit. ¶ Poſtrēo etiam grās ſpeciales poſt
mortem habuit quia non ſolum ſtatim euolauit ſed
⁊ aia ⁊ corpe aſſumpta fuit. ſup oē̄m creat̄am purā
exaltata facta maieſtatis dextriſedia.
¶ Et hec de gratijs ſpecialibꝫ Jn qbꝫ oīs maria
excedit que nūquam ab vllo illuſtrium iuxta damaſ/
cenum victa fuit ⁊c.

¶ Hic tangūt̄ marie priuilegia cōmunia h
Mēbꝝ. v.

U Irtutes ⁊c. Hic iam tanguntur priuilegia
marie communia q̄ꝫtum ſcꝫ ad grās cōes i
qbꝫ licet pticipent plures ei tamen fuerūt
ſingulares. Et in primis habuit oīs vtutes tā theo
logicales q̄ꝫ cardinales in ſummo ⁊ pre cūctis pcipu/
o modo Nam de fide elizabeth eam commendauit
quando dixit Beata que credidiſti ⁊c. Erat em̄ eius
fides alioꝝ fide firmior ⁊ clarior Jnamiſſibilior ⁊ o/
peroſior et excellētior cūctoꝝ. Sic ⁊ ſpes eius firmi
or certior ⁊ iocundior. Nam ipſa pre cūctis dei pieta
tem nouit clarius ⁊ merita habuit abundantius
De charitate āt eius ſatius nobis ſilendum ſuperat
em̄ oē̄m intellectū Pulchre de eius charitate in deū
chriſtum ⁊ prim deqꝫ charitatis qualitate agitur in
libris doctoꝝ ⁊ de ſingulis ſpēbꝫ vtutum theologica
lium q̄s nō ſolū habuit p modum vie ſed pfectiori ⁊
excellentiori modo incxpto ōni creature alic. Cardia
les q̄qꝫ vtutes habuit p modum patrie ſed ſm ſtatū

vie. Per modū inq̄ꝫ patrie q̄ꝫtū ad actuū pfectiones
ſꝫ ſm ſtatū vie q̄ꝫtū ad merēdi cōditionē. vñ hūit eas
medio mō inter viatores ꝛ ꝯphenſores. vt declarat
Alber. Secūdo etiā Donis ſpūſſcti poſt filiū ſingu/
lariter repleta fuit. q̄ in oī plenitudine donoꝝ ſuper
cā requieuit. Unde etiā actus illoꝝ donoꝝ q̄ in cog/
nitione ꝛ affectiōe cōſiſtūt. puta Sapie intellectus
ꝯſilij ꝛ ſciētie hūit excellenti⁹ oī viatore inter ſtatum
vie ꝛ patrie. Reliqua aūt alia ſm modū patrie ꝛ ſta
tū vie. vt declarat dñs Alber. ꝛ dyoniſi⁹ de ſingulis.
Tertio etꝫ ſpūſſci fruct⁹ q̄s rīj ad Gal. v. enumerat
apl's oī viatore hūit pfecti⁹ vt dducit Al. de ſingul'.
Sūt āt hij fruct⁹ Caritas gaudiū pax pacia lōgaīta ſ
bōitas bēigitas māſuetudo fides modeſtia cōtinētia
caſtitas Fruct⁹ etiā q̄ ſm ſtatus cōtinētie diſtinguūt
Math. riij. ſ. centeſim⁹. ſerageſim⁹ triceſim⁹ ſum
mo in maria inueniūtur q̄ ꝛ virgo puriſſiā. nupta fi
deliſſima. vidua ſciſſima fuit. oim igitur fruct⁹ gau/
dere debebit. Quarto Gratias etiā ſacramētales pfe
ctiſſime tenuit. q̄ oia ſacr̄a ſuo tpe oib⁹ hoib⁹ gñalit
obſuanda inſtituta obſuauit. Ita vt nihil ei de illo/
rū efficacijs ꝛ pfectiōe deperiret. ita ꝙ oēs iuxta Alb
in vita pter ordies ſuſcepit. quos tñ p ecpollentiam
tenuit. qꝛ dignitatē ptātē ꝛ adminiſtratiōem i eccia
hꝫ ꝛ ſūma ſacerdos poſt xp̄m fuit ¶ Octo etiā bea/
titudinib⁹ btiſſima nrā plena fuit quas excellēti⁹ oī
viatore hūit/ vñ ꝛ coꝝ premia p̄ cunctis pricipauit.
Quis ei ſic vnq̄ꝫ poſt xp̄m ſpū paup. aio mitis. ꝛc.
vt maria. Habētur in Albert. dyoniſio ſingula hec
pſecuta. ¶ Poſtremo vt ſub cumulo multa dicam⁹
ꝛ oia que nō dixim⁹ breuitatis cā cōplectamur ꝙ oī/
b⁹ gratijs ꝛ donis gratis datis ꝛ gratuitꝫ oibuſq̄ꝫ oī
um pulegijs cōib⁹ btā hec plena fuit. Deducit h̄ dñs
Alber. de gratijs gratis datꝫ. q̄s ad Cho. rij. enūerat
apl's. Deinde etiā de illis q̄s ponit ad Ephesios. ca.
iiij. Et etiā de trib⁹ aureolis ꝛ ceteris p̄mijs Sed et
de pfectiōe duplicꝫ e⁹ vite actie. ſ. ꝛ cōtemplatie ꝛ ce/
teris gratijs latiſſiē in duob⁹ libris tangit Dyoniſi⁹
carth. Hoc vnū āmonemus nos vt hāc grā oī ple/
nā crebrius adeamus pulſem⁹ ꝛ moueam⁹ vt de eius
plenitudine participemus:

¶ Hic enūerantur bñficia Marie gñalia Mē. vi.

Perficis Hic poſt poſita virgis in vita puile
gia ponit̄ hoꝝ reſtutus. i. bñficia q̄ preſtitit
adhuc in terris poſita ¶ Quoꝝ p̄mū ē ꝛ cir/
ca totū vniuerſū ꝛ oēm creaturā quā ipa vltia ſui p/
fectione ꝯpleuit ꝛ mirifice dignificauit dū creaturis
creatorē ꝯiūxit ꝛ cū illis miniſtrandū exhibuit i ꝑſo
na. Nā vt ait btūs Bernard. De⁹ lꝫ in mūdi creatiōe
nihil ꝑduxerat ipfectū ſed oia pfecta ſic eorum exige
bat natura. tñ vltima poſtreme pfcōis ꝯſūmatio vſꝫ
ad ptū virgis dilata ē ꝛ ſoli vgini reſuata. Oia nāq̄ꝫ
entia vnū ens nobiliſſimū appetebāt oia viuētia no
biliſſimū viuēs ꝛ ſic de alijs. Ita ꝙ oēs creature ap/
petebāt vnū q̄ddā optim creatū q̄d maria eſt pdue/
tū q̄ vnico ſuo ptu tantā pfectiōeꝫ attulit vniuerſo.
ꝙ vlterioris pfectiōis nō eſt capax. nec in ipa ꝯſum/
matiōe Sane h̄ ē intelligendū de creatura ſcꝫ creato
ri cōiuncta ꝛc. Quō aūt creature p hanc ſūt dignifica
te pulchre pſequit̄ Dyoni. carth. in de laude b⁹ virgi
nis Alteꝝ pcipuū virgis bñficiū eſt circa ſcōꝝ con
gregationē ꝛ eccliaꝫ quā filij ſui ſacris exornauit Om
nia eñi adornat maria adeo ꝙ dicat Bern. Tolle ma
riā hāc maris ſtellā q̄d niſi caligo inuoluēs ac denſiſ
ſime tenebre relinquētur. De c⁹ bñficio ornat⁹ dicit
dñs ioh. brugmā in ſuis ꝯtēplationib⁹ Cōſidero gr̄i
aꝫ ornat⁹ tui o decoratiſſima vgo Nā tota militans
eccl'ia ex te ornat̄ ꝛ decorat̄. De carne eñi tua bñdicta
ꝛ in pte corpis tui exciſa ꝯſiſtit pficit̄ ꝛ termiat̄ to/
tū dec⁹ ꝛ pond⁹ ſacroꝝ eccl'ie dei. puta in eucharistie
ſacro Tertiū beneficiū eſt erga gen⁹ hūanū. e⁹ qꝛ re/
dēptorē ſaluatorē qꝫ genuit. Iure ei⁹ redēptrix ſalua
trixq̄ꝫ dici pt Nā ſic fcā ē pditio muliere ſuggerēte. ſic
ꝛ redēptio ꝛ ſalus fcia coopante: vñ iure dꝛ redemp
trix ꝛc Quicq̄d eñi cauſa ē cāe etiā cā eſt cāti Dꝛ ergo
cā quodāmō ipa p generationē fuit redēptiōis ab eo
fcā cā dici pmeruit ¶ Quartū bñficiū eſt erga angeli
cā creaturā quaꝝ ruinā repauit ꝛ citatē inſtaurauit
dū per filiū ſuū ꝛ ei⁹ auxiliū lapides viuos ad illi⁹ ci/
uitatis inſtaurationē miſit vt reedificarentur muri
hierl'm ex eis. Vñ dꝛ dña angeloꝝ ꝛ regina celi Po/
ſtremo erga ſuos cultores ꝛ deuotos ſe bñficētiſſiām
exhibuit p quib⁹ adhuc in vita ꝯſtituta coꝝ vice ſtu
dioſiſſiē dei filio deſuiuit. Deū digne coluit p eis ret
buit. multaq̄ꝫ alia beneficia ipendit vt dclarat autor
marial': Sim⁹ ḡ grati retribuamuſq̄ꝫ ei etſi ñ digne
ſaltē vtcūq̄ꝫ pro poſſibilitate Alioq̄n ei⁹ bñficijs non
erim⁹ beati. ſi nō extiterimus grati.

Hic beneficia ſpecialia Mē. vij.

Dis preciū ꝛc Adiūgunt̄ pdictis gñalib⁹ bene
ficijs quedā alia ſingularia ꝛ excelliua de ei⁹
plenitudie. vt Albert. magnus ait. nobis
emanātia. Nā primo ex ea emanauit nobis p̄ciū re/
demptiōis. Ipa eñi eſt ſaccul⁹ pecunie De q̄ dꝛ Pro
uerb. vij. In quo oēs theſauri ſapie ꝛ ſcie ſunt recō/
diti. quē ſecū tulit btūs vir xp̄s in ipius virgis aſſūp
tione reuerſur⁹ in die plene lune. i eccl'ie cōſummati
one De quo etiā dꝛ Prouer. vl. ꝙ pcul ꝛ de vltis fi/
nib⁹ p̄ciū eius. q̄d preciū in die annūciatōis fuit com
maſſatū. in die paſſiōis pſolutū. ꝛ a iudeis repulſuꝫ.
ꝛc. ¶ Secūdo exhauxit ab ea aq̄ ablutiōis. Ipa enīꝫ
eſt fons patens domui dauid. vt dꝛ zacha. iij. Fons
etiā ortoꝝ ꝛ puteus aquarū viuentiū in vitā eternā
ſalientiū. Ipa etiā eſt ciſterna illa berhlehemitica de
q̄ optauit bibere dauid. hoc eſt iudeorū ſynagoga.
Nā h⁹ xp̄s erat aqua. quā cū iudaicus ppl's habuit ñ
bibit. ſed in cruce libauit. q̄ libatio nrā fuit ablutio.
